




# Georgii Trapezuntii De re dialectica libellus

<https://hdl.handle.net/1874/421425>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

LIBRA ASSUNTIO  
de la  
MAGIA  
y  
SAGRIMOS  
en  
PARIS  
Dialectica


Y. Oct.

77










Philosophici Theoretici

Octavo n°. 77.

NIET UITLEENEN

62

prosa. con.  
refusa. a.  
emula. a.  
ap. 2. v. o.  
num. ces.  
translata.  
—  
b.  
10 — om.  
—  
de.  
ab.  
lexio.  
—  
hunc  
—  
stet  
et up.  
derita.  
mact.  
E. de.  
— estua.  
lentia.  
acrum.  
P. m. g.  
moder.  
edat.  
— comp.  
le des.  
—



N 113-B

# GEORGII

TRAPEZVNTII DE RE

DIALECTICA LIBELLVS, VNA

cum scholijs Ioannis Nouiomagi nunc ab

eodem recognitis atque

locupletatis.

Adiectus est ab eodem Cyberti Poretani libel-  
lus de sex principijs, interprete Hermelao Bar-  
baro, nouis scholijs illustratus.



COLONIAE, IOANNES SO-  
TER excudebat, ANNO  
M. D. XXXVI.



# ELENCHVS EORVM

que hoc libello continentur.

De enuntiatione.

De quinq; uocibus, id est, prædicabilibus.

De prædicamentis.

De syllogismo cathegorico, id est, prædicatiuo.

De syllogismo hypothetico ac conditionali.

De enthymemate, id est, syllogismo imperfecto.

De diffinitione ac diuisione.

De thesi, ne quid aut dicendo, aut scribendo absurdum  
pugnans'ue dicatur.

Cyberti Poretani supplementum sex principiorum in  
Aristotelem.

# JOANNES NOVIO

MAGVS SPLENDIDA VETY.

stissimæq; nobilitatis adolescentibus, 10.

ANNI AC CONSTAN-

TINO à Liskerchen,

S. D. P.



VM ANNI SVPERIORIS MEN-  
fibus hybernis, Georgij Trapezuntij Dialectic  
cā, ubi ac reliquis auditoribus nostris pro  
ficeret, adolescentes ornatissimi, nimis uerum  
esse cōperi, quod sēpenumero de multis etiā  
doctis audiū mirum uideri, quod ex eo libello, iam in plerisq;  
ludis dialecticæ artis elementa pueris traderetur, qui (sive id  
librariorum incuria factum putemus, sive quod auctori prius  
opusculum hoc plene absoluisset, aliquid acciderit) tam mendo-  
sus, multilus ac inconduus circumfertur, ut uix in toto libro  
pagellam inuenias, quæ nō insigne aliquot sollecismos, aut  
hiulcam etiam habeat periodum, ex qua re non rūdibus modo  
sed & professoribus negotium exhibetur. Doluimus itaque  
aliquandiu & discentium molestos conatus, pariter et scripto-  
ris uicem, à quo, cum reliqua omnia emendatè satis in lucem  
emissa essent, hoc solum, quod ad captum puerorū luculentissi-  
mum emendatissimumq; oportuit, ita ut habemus remansit.  
Deinde quod proximum erat, expectabam ex tot doctorum hq-  
minum prouentu quo seculum hoc mirifice felix est, breui for-  
re, qui aut commentatione uel saltem censura aliqua Trape-  
zuntio et iuuentuti consuleret, ne ille posteris lowo esse, &  
studiosi ambiguis & cœcis sēpe coniecturis illum senten-  
tiam inquirere cogerentur. Verum cum hac spe usque frustra  
remur, nec quicquam ex Typographia tam sui simile q; Tra-  
pezuntij Dialectica proueniret, & Mathias Aquensis uir in-  
credibili morum modestia ac ingenij dexteritate (cui hoc no-

A 2 mine

## E P I S T O L A.

mine iuuentus etiam multum debet, quod unum hoc curet quo  
grex sibi commissus, recte pieq; instituatur ) s̄epe nos hortare  
tur, ut iuuentuti, quae per id tempus curae nostrae commendabas-  
tur, in hoc authore studeremus, non ultra sustinuimus discen-  
tium animos ab ingressu huiusc studij, tot mendarum mon-  
stris absterreri. Quod igitur hic primum erat, plurima ac ue-  
rissima quoq; exemplaria consuētus, quorum unum nec  
ita lacerum nuper nobis exhibuit, ex Ioannis Murtellij li-  
bris, Ioannes Volscius Lunensis homo sincere doctus, dein-  
de quicquid ab hoc authore de artium p̄ceptiōibus relictum  
est, quam potui diligentissime perlustravi. Sic enim futurum  
sperabam, ut scriptoris dū yuotiv Φρόσιν subodoratus peni-  
tui ad hanc hydram conficiēdam adreperem, quo labore cum  
non ita multum proficisem, commodum nobis in mentem ue-  
nit, Trapezuntium in locis plērisq; p̄fertim ubi de pronun-  
tiatis cōiunctis, de finitionib; ac divisionib; p̄cipiūr: re-  
liqua enim Aristotelis sunt ) ex Seuerini Boëthij tradūtōe scri-  
psisse, quare omnes ac prolixos illius de re dialectica commen-  
tarios accurate euoluere coacti sumus : Aristotelis etiam in-  
gens illud noīndū uolumē, deinde Ciceronis & Fabij pleraq;  
quoniam illius exemplis, huius uero p̄ceptionibus abstru-  
fiora & in lucem & ad usum reuocare conatus est. Ex qua le-  
ctione quoniam sensi plurimum p̄fidiū, cœpi primū crassiora  
errata ex quibus s̄epe ambiguus s̄epe nullus aut ridiculus sen-  
sus efficiebatur, expugnare. Deinde clausulis passim semiple-  
nis, quod desiderabatur apponere, multas quoq; confusas pe-  
rīdos, nec suo loco positas, in ordinē redigere. Breuiter exem-  
pla et quicquid lectorem remorabatur, ita ut ingenij nostri fa-  
cultas ferebat, restituere. Quem laborem ( quoniam non omni-  
no, ut speramus, infeliciter cadebat ) audiobus nostris, uobis  
que ingenii fratres, qui per id tempus nobis commissi eratis  
communicabam, passim adiectis more nostro adnotatiunculis,  
que

## E P I S T O L A.

que uel ad usum uel ad exp'icationem præceptionum facere  
 uidebantur. Eaq; docendi ratio cum studiosis qui' usdam non  
 displiceret, uobis, sed forte nimio nostri amore uehemeter pro-  
 batur, intellexi nos suboptare, ut & huius libelli castigatio-  
 nem & ea quæ partim mei admonendi, partim nostrorum co-  
 natus iuuandi gratia collegeram, in publicum emitterentur.  
 Sed ultimam hic non tam erretis iudicio, quam cōmuni studio-  
 forum utilitati et nostro nomini impense fauetis. Petitis enim  
 ut quæ de re dialectica hoc biennio studiosi quidam ex me au-  
 diuissent, quæq; uobis domestica consuetudine effundere sole-  
 bam, ad omnes perueniant, uos etiam absentes consequantur.  
 A quo negotio eti' eruditum hoc seculum, delicatum hominū  
 iudicium, etatem meam absterrere possint, uincit tamen uester  
 amor, impellit affectus, ut nostrarum uirium periculum non  
 absq; periculo faciens, uestris precibus (quæ sane apud me plu-  
 rimus possunt) inseruam. Recognita igitur nostra castiga-  
 tione, collectus q; subuo in unum aceruum, quæ sparsim signata  
 reperi, emitto hoc quicquid est libelli, ne uoto uestro dicar de-  
 fuisse. Quæ sane opera, & si minus elaborata est, uobis tamen  
 ingenui adolescentes, quibus impulsoribus negotium hoc suscep-  
 pi, in primis dedicanda erat, quod utriq; uestrum iuxta gra-  
 tissimum esse cognoui, si quo per absentiam uti nō liceret, eum  
 in his quilibet utriq; commentariolis quoties liberet (libebit au-  
 tem s̄ep̄issime) absentes cerneretis, & nostri erga uos amoris  
 pignus peregre utrung; consequatur. Accipito igitur charis-  
 sima indoles Trapezuntij nostri libellum pusillum quidē h̄c,  
 sed circa controversiam uel ad maxima utilem, nostra castiga-  
 tione restitutum & scholijs hisce utcunq; illustratum, ex quo  
 si aliqua ad studiosos manari utilitas, uobis pro me habeatur  
 gratia, si res aliter ceciderit, candidum lectorem rogatū uo-  
 lumus, tantum ut conatum agnoscat, hanc chartarum iacturā  
 ferat animo non iniquo, exemplari emendatiore (si forte na-

## EPISTOLA.

Si fuerit) ut hanc operam uel obscuret uel etiam extinguat  
non inuidemus. Vos ualete, & ad pulcherrimam bonarum ar-  
tium laudem uitaeq; integritatem fortiter (ut facias) aspira-  
te, quo maiorum uestrorum imagines ac stemmata, quæ clara-  
cepistis in uobis non definant, præserlit materni cui insi-  
gnis modestiae uiri, quem nuper Cösolem Christus ex hac Co-  
lonia in ueram illam suorum ciuium Coloniam non absque ma-  
gno totius penè ciuilitatis luctu transtulit. Cuius summam pro-  
bitatem & si uincere non possitis, efficiet tamen seculum quod  
uos quam ille nocti estis felicius, ut si adhuc apud mor-  
tales ageret, ne potum eruditiose se longe supe-  
ratum gloriaretur. Rursum ualete, CO

LONIAE ANNO M.

D.XXXIII: Calend. Mar.

E' Gymnasio Mon-  
tano.

# VITA GEORGII TRAPEZVNTII.



GEORGIVS TRAPEZVNTIVS

Græcius natione è Trapezunte (quæ ciuas  
Ponti est in Cappadocia, iuxta litus Euxini  
clarissima) Rhomæ uenit, quo tempore Eu-  
genius huius nominis quartus Pontificatū ha-  
beret. Vir circa omnes disciplinas assidui laboris, utriusque  
linguae interpres diligentissimus, ac studiosissimus Aristote-  
licæ philosophiæ. Rhetor etiam non ignobilis. Ob id Rhomæ  
gymnasio præfectus, salario publico multiū annū rhetoricanū  
ac philosophiam docuñ. Deinde à Nicolao quinto Eugenij suc-  
cessore scriba apostolicus factus. Scriptis multa quib[us] erudi-  
tionem posteris commendauit. Nostra ætate hæc extant: Quin  
q[ue] rhetororum libri, quorum bonam partem (ut uidetur) ex  
Hermogene transtulit. Commentarius perelegans in orationē  
Ciceronii pro Q. Ligario ad Victorinum. De re dialektica ad  
Petrum Medicem Florentinum, hic libellus. Verit[er] autem Arē  
stotelis librum de animalibus, e iusdem de arte dicendi, Eusebi⁹  
de præparatione euangelica, multoq[ue] plura theologica. Verit[er]  
mathematica quædam, Centū uidelicet Ptolemæi aphorismos,  
quos & commentarij illustrauit, quod opus nondum im-  
pressum, apud Soterem nostrum latuāt, breui fortè proditurū.  
Eiusdem quoq[ue] ingens illud opus, quod Iap[an]us usq[ue] proscriptio  
retoꝝ inscribitur, in quod pariter & commentaria scripta relē  
quit, quæ reprehendunt unā cū uersione ab Ioāne de Monte Re-  
gio, ijs libris quibus Theon Alexandrinus defendatur, qua re tā  
tam sibi inuidiam comparasse scribiunt, ut à Trapezuntij fi-  
lijs Rhomæ ueneno extirpatus quibusdam credatur. Aemul-  
los habuit, præter eum quem diximus, Theodorum Gazam, a  
Ioannem Episcopum Aleriensem, utrunque iuxta infestum.  
De Gazæ aduersus Trapezuntium similitate sic ferunt: Scri-  
psit Theodorus in præfatione librorum de animalibus Ari-  
sto-

## VITA TRAPEZVNTIL.

Astelius, in quibus præcipue commendatur, se se à nullo adiutu, nec adeo certare cum ceteris interpretibus, quos uincere inquit, nullum erat negotium, cum libros eosdem Trapezuntius ante ipsum tam luculentem uertisset, ut Latino Aristoteli par desor additus quibusdam uideatur. De Episcopo Aleriensi, si quis causam requirat, legat epistolam illam quae ab eo prefigit Straboni. Tradunt Trapezuntium in extrema senectute litterarum omnium oblitum fuisse: quod forte non ita uerum uidebitur, si quis epistola nuncupatoriam legat, qua Andreas Trapezuntius patris sui uestione Ptolomæi de magna compositione summo Pontificie Sixto dedicat, scribens patrem Roma ob emulorum inuidia Neapolim discessisse, coniuerque ab Alfonso rege, addito liberali stipendio, susceptum: pauloq; post morte p्रeuentum cœlus, quam quod in manibus erat perficeret, modo non sit suspectum filij pro parte testimonium. Obiit autem hac prole una superflue Andrea Trapezuntius, cuius nunc meminimus.

Arc

ARS NE SIT DIALCTI-  
CA, DEIN DE QVID DIF-  
ferant dialectice ac logice.



H I L O S O P H I A E P A R T I C H N E M  
(quæ omnes ferè qui in dialecticis, vel Aristote-  
lisis, vel aliorum, operam aliquam sumunt, re-  
censent) si quis requirat, Angeli Politiani præ-  
fationem in Aristotelem, quæ παραπτισμονίς  
inscribitur, consulat. Nobis satis erit, qui ὅχθα ov tantum scri-  
bimus, ea saltē apponere, quæ vel in hac arte peculiaria sunt,  
aut citra quæ hic libellus non rite à iuuentute intelligi potest.  
Id fieri, si paucis ostendimus, ars ne sit dialectica. Porro Quin  
tilianus non obscure significat artem esse, quoniam hinc sum-  
pto argumento rhetorica sub arte cōtineri censuit. idem & ha-  
moes dialecticā & logiā (ambo enim haec nōa sortita est)  
satis indicant. Quæ quoniam declinatione apposita sunt, ab-  
solutè non usurparentur, & quidem in hoc genere, nisi perpe-  
tra subintellectione & ieiunio pūrū & rexvū, quorum hoc artem  
illud scientiam significat. Verum ut propius accedamus, pau-  
cis aperiemus. si quid discriminis sit inter logicen ac dialecti-  
cen, & cur hæc ars utrumque nomen acceperit, quorum hoc à  
Græco, duocēcōmou, quod est differere: illud ἀρτη τὸ λόγος, qđ  
modo orationem, modo rationem significat. Sed dialectica, ut  
uidetur, antiquius, ac olim non perfectæ artis, sed pars dun-  
taxat nomen erat, tantum in iudicando sita, ut quid uerum,  
quid falso, quid prauum, quid rectū in oratione esset, distin-  
gueret. Quæ ars primum à Zenone, qui Pythagore temporib-  
us fuit, ex cogitata fertur, quam Cicero de Oratore libro se-  
cundo Accadēmū dictam à Stoici scribit, & ab ijsdem multis  
uoluminibus traditam, in quibus nullum de iuuentudo uer-  
bum esset. Postea Aristoteles huic parti scientiam perspicien-  
di, quid in quaq; re probable esset, adiecit, quam ars λόγου

A 3 uocas

## ARS' NE SIT DIALECTICA.

uocavit: quod ea ars rationis, id est, probationis seu argumenti syluam suppeditaret. Ex quo colligi potest ueteres studium hoc in duas partes fregisse, quod & Cicero quarto de finibus docet in hunc modum: Cum duæ, inquit, sint artes, quibus per feste ratio ac oratio compleatur, una inueniendi, altera disserendi, hanc posteriorem Stoici & Peripatetici, priorem autem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem. Ex quibus liquet Aristotelem differendi rationem, quam Stoici solam dialecticam nuncupant, & inuentionem, partes quidem non tam natura quam tractatione discretas, in unius artiu corpus coegerisse, quam promiscue logicam ac dialecticam uocare solet, et si posteriori utatur sepius. Quin & Logicen idem author accipit pro ea probadi ratione quæ ē communis sensu & dialectica sumitur: aliam namq; quæ ex principijs eius scientiae ducitur cui demonstrandæ adhibetur, vocavitur appellat, id quod non obscurū est his qui legerunt libros de demonstrationibus. Alij uolunt ita late patere logicam, ut omnes eas artes cōpletatur, quæ in oratione uersantur. Cā temetipsu uox logica non repugnet, nescio tamen an apte dicatur, grammatica, poetica, aut rhetorica artes esse logicas, cum tamen hæ in oratione uersentur. Quare logica à ratione, id est, argumēto (nā hoc Græca uox etiam significat) nomen habet. Ammonius dialecticam actionis, logicam uero inscriptionis esse scribit, perinde atq; rhetorica & eloquentia distat, sed nec hoc obseruari puto. Quare solum illud hic perpetuum esse potest, elegantioris lingue scriptores sepius dialectices, quam logices uocabulo uti. Item hoc epitheton, illud artis nomen esse sepius præfertim Aristotelē. Porro de artis utilitate, materia, & fine. Itē quid à rhetorica distet, Rodolphi dialectica uidea tur.

GEOR.

# GEORGII

TRAPEZVNTII

DIALECTICA.



IALECTICA EST DI  
ligens differendi ratio.  
Differere uero nemo po  
terit diligenter, nisi quæ  
inuenerit, dicendaq; iudicauerit, ea  
sic coniunxerit, ut illis datis, quod in  
tendit necessario consequatur, quam  
orationem Græci συλλογισμὸν dicunt,  
Latini uero ratiocinationem appella  
re possunt. Ea propositionibus con  
stat. Omnis propositio, si simplex  
est, duobus terminis, subiecto atq;  
prædicato connectitur. Quoniam ergo  
syllogismorum clementia sunt, ex  
quibus constant, & ad quos resoluun  
tur (nec enim componendo altius re  
petere, nec resoluendo longius abire

## TRAPEZVNTI.

possimus) de his primum dicamus.  
Verum dialecticorum more, ut de  
quo termino sermo nobis habetur  
intelligas, uocem in significationes  
suas primum diuidamus. Terminis  
ergo, locorum fines appellati sunt, qui  
locum à loco distinguant atq; sepa-  
rent. Vnde Græci similitudine ducti  
~~hōr~~ id est, uerbum de uerbo, termi-  
nos, diffinitiones appellarunt. Dis-  
iungunt enim atq; disseparāt diffini-  
tiones uniuscuiusq; substantiam, cū  
differentias tanquam terminos ge-  
neri adiiciunt. Terminos etiam sim-  
plicis propositionis partes dicimus,  
quoniam significatione, quasi con-  
scriptram rem ostendunt, quam signi-  
ficant. Hinc est quòd rerum nomi-  
na implicitas diffinitiones, & diffini-  
tiones, explicita nomina rerum mul-  
ti ac clari philosophi solent appella-

Termini si-  
gnificationū  
enumeratio

## DIALECTICA.

re. Terminum ergo quem hic dicimus, propositionis partem intelligimus, quē ita definit Aristoteles: Terminus est in quem resoluitur propositio. Est autem omnis terminus uel complexus uel incomplexus. Complexus est oratio imperfecta, quæ cōstat multis simplicibus terminis, ut Scientia iuris ciuilis. Incomplexus, ut homo, scientia, ut facit, currit. Incomplexus autem & simplex terminus omnis, aut nomen est, aut uerbū: & aut infinitum, aut finitum. Nomen est <sup>Nomen:</sup> uox ex institutione hominum sine tempore significans, cuius nulla pars sciuncta separataq; significat. Verbum est uox ex institutione hominum cū tempore significās, cuius nulla pars sciuncta separataq; significat. Infinita uero nomina uel uerba, sunt quibus negatio adiuncta est. Finita, quē abs-

Termini &  
uifio.

Nomen:  
Verbum:

TRAPEZVNTII.

que negatione proferuntur. Finita,  
ut homo, animal, legit, sentit. Infini-  
ta, ut non homo, non animal, non le-  
git, non sentit. Nomina igitur appel-  
lat Aristoteles quæ nominatiuo casu  
efferuntur, quemadmodum uerba ea  
quæ solum indicant præsens tempus.  
Cætera casus nominum & uerborū  
esse asserit, ut hominis homini, age-  
bas, agebat, agerem agere. Oratio est,  
institutione hominum significans,  
cuius aliqua pars sciuncta separataq;  
significat.

Oratio num quinq; sunt genera:  
Enuntiatiua, imperatiua, deprecati-  
ua, interrogatiua, uocatiua. Vocati-  
ua, ut:

Heus, inquit, iuuenes monstrate  
mearum

Vidistis si quam hic errantem for-  
tè sororum. Interrogatiua, ut:

DIALECTICA.

Sed uos qui tandem, quibus aut ue-  
nistis ab oris:

Quo ue tenetis iter?

Deprecatiua, ut:

Sic pater ille deum faciat, sic altus  
Apollo.

Incipias conferre manum.

Imperatiua, ut:

Disce puer uirtutem ex me uerūq;  
laborem,

Fortunam ex aliis.

Enuntiatiua, ut:

Stat sua cuiq; dies, breue & irrepa-  
rabile tempus.

Omnibus est uitæ, sed famam ex-  
tendere factis,

Hoc uirtutis opus. Item:

Nescia mens hominum fati for-  
tisq; futuræ,

Et seruare modum rebus sublata  
secundis,

## TRAPEZVNTI.

Harum omnium sola enuntiatio ue-  
rum à falso discernit. Quare sola hu-  
ius negotii est, nam ceteræ ad rhetor-  
icam magis uel poëticam doctrinā  
pertinere uidentur.

Dialectica est diligens differendi ratio. ) Sic Cice-  
ro in Topicis dialecticam appellat: Omnis, in-  
quit, diligēs differendi ratio partes duas habet. Et  
in principio de Fato dicit, se ~~loquac~~ diligentem dis-  
serendi rationem uocare. Quod autem rationem  
uocet dialecticam, nihil est aduersus id quod supe-  
rius artem esse diximus, sāpe enim rationis uoca-  
bulo artem intelligimus, ut apud eundem: Quod  
etsi ingenij magnis prædicti (de dialectica loquēs)  
sine ratione consequuntur, ars tamen dux est cer-  
tior quam natura. Est autem ut loqui quorumlibet,  
eloqui oratorum, ita dialecticorum differere:  
in quo uerbo, ut Varroni placet, metaphora est ab  
agricultura sumpta. Nam holitor, inquit, differit in  
areas suis uulsiq; genti, iure: sic qui oratione quid  
proposito dissentaneum, aut cōsentaneum sit ape-  
git, differere dicitur. Sed quod ad diffinitionē hanc  
attinet, uidetur potius esse explicatio uocis diale-  
cticæ, q̄ finitio rei: Quare illa Rodolphi apertior  
est: Dialectica ars probabiliter de qualibet re pro-  
posita differendi, prout cuiusq; natura capax esse  
poterit. Differere uero nemo poterit diligenter.) Indi-  
cat Trapezuntius differenti, seu disputanti duo  
esse necessaria, alterum ut inueniat atq; excogitet  
ea quibus quod defendendum, aut docendū sum-  
psit, aperiat, ac tueatur: alterum, ut ea que inuenit,

## DIALECTICA.

satis ne ad rem probandam idones sint: examinet.  
Ex quo sit, ut universa differendi ratio duabus per Dialecticę  
ficiatur partibus, inuentione ac iudicio. Est autem partes.  
inventionis pars ea, quæ sedes & locos quosdam  
argumētorum docet, ex quibus ueluti theſauris ea  
educuntur, quibus res proposita probari in hanc  
uel illam partem possit. Hæc ab Aristotele, quod  
locos continet, ἔπιμη dicitur: atq[ue] ab eodem octo *Topice*,  
uoluminibus, quæ inscribuntur *Topica*, diligen-  
tissime tradita. Altera est, quæ κρίμη dicitur, ea re-*Inuentio-*  
gulas ac normas quasdam præscribit, quibus quæ  
nobis loci exhibuerunt, dijudicamus aperte an in  
epta sint proposita: nec solum hoc, uerum etiā ca-  
nones quibus ueluti perpendicularis scripta aut no-  
stra, aut aliorum, recte nec ne cohærent, dispici-  
mus: atq[ue] eam methodū qua in sua quisq[ue] arte (re-  
bus tamen præcognitis) quod pronuntiatum ue-  
rum sit, aut falsum iudicamus. Cui seruunt præce-  
pta de diuidendo, partiendo, distinguendo, & col-  
ligendo: id est, quod pronuntiatum, cui respon-  
deat, quod sequatur: deinde argumentationū for-  
mulæ, quarum si quis plane ruditis sit, non est quod  
speret se in ullo disciplinarum genere quicquam  
facturum. Hanc Aristoteles pro materiæ diversitate  
in duas formas secuit: In priorē analyticen, qua  
ratiocinationum dialecticorum uis & facultas to-  
ta absolvitur. In posteriorem analyticen, quæ est  
de demonstratione seu syllogismo epistemonico:  
Ultimam partem quæ est τὸ τέλος τῆς λόγικης καὶ φιλοσοφίας, hoc est,  
(ut Cicero interpretatur) de fallacibus cō-  
clusiunculis, inuentioni ad numerant. Duabus his  
dialecticæ partibus elementaria adiecta est, quæ  
utriusq[ue] partis, id est, argumentorum ac argumen-

## TRAPEZUNTII

tationū continet primordia, prædicabilia, & *κατηγορία* pīos, quæ Latine prædicamenta dicuntur, tradens. Ex his partibus Trapēzuntius primam ac postremam succincte in hoc libello tradidit. Quod inuenitionem his non addiderit, causam esse credo, quoniam plerique am partem rhetori subiecerunt, atq; ob id tertio libro rhetorices suæ locos diligenter tractauit. Porro id quod subiicit neminem dissere posse, nisi quæ inuenierit, ea in syllogismi formā redigat, non ita intelligendum est, quasi necessariū sit dialecticum semper ratiocinatione uti. Nam & inductione, enthymemate, exēploq; sepe colligit: sed quod syllogismus aliarum argumentationum sit examen, nec ullæ sint probationes, quæ in ratiocinationis formam uenire non possunt. Ea propositionibus constat.) Gradatione inquirit quid in dialectica principium ac minimum sit. Omnis propositionis simplex est.) Duplex enim est propositionis, una simplex, quæ nomine & uerbo cōtinetur, ut dies est: hæc prædictoria vocatur Latine, Græce *κατηγορία*. Altera composita quæ simplicibus constat, ut si dies est, lumen est: hæc vulgo conditionalis dicitur, de qua loco suo copiosius. Quoniam ergo syllogismorum elementa sunt.) Prima illa initia, e quibus res ueluti materia constant, elementa dicuntur, quo vocabulo Cicero in Academicis *σοιχέα* interpre-  
**Elementa.** tatur: ut sunt terra, aér, aqua, ignis. Sunt & in artibus elementa primordia illa à quibus naturali ordine principium sumitur, ut in grammatica literæ, & ex his syllabæ: in geometria punctus, linea, planum. In dialecticis quoque argumentationum minime partes: hæc sunt uoces quibus oratio omnia conflatur, nomen uidelicet & uerbum: quæ diale-

## DIALECTICA.

10

Etico &  $\gamma\mu\kappa$  sunt syllarum uero ac literarum cu-  
ra grammatico commissa est. Vocē in significaciones  
primum diuidamus.) Ambiguae enim uoces diale cti-  
ca nō recipit. Quæ si forte inciderint, primum enu-  
meratione significacionum aperiendum est, quo  
significatu usurpari debeant: ne si significatio incer-  
ta sit, in dubiū ueniat, qua de re sermo habeatur.  
Quod quām turpe sit, Cicero indicat libro secun-  
do de finibus; quōd loco Epicurum lapsum ostendit,  
quod vocabulo uoluptatis nūc hoc, nunc illud  
absq; discrimine intelligeret. Terminī ergo locorum fi-  
nes appellati sunt.) Terminos uniuscuiusq; rei princi-  
piu, finem, & extremum significat. Est item la-  
pis aut stipes in agro defossus, quo agricultor præ-  
dia sua à uicinis distinguit, quem  $\tau\epsilon\mu\alpha\omega\kappa$  Græci  
uocant. Hunc, quōd post Saturnum exactum lites  
ac cædes rusticorum de dividundis agris sustulit-  
set, Deum faciebat gentilitas teste Nasone libro *fa* *Termi-*  
*norum secundo*, sic enim habet:

Et cantant laudes Termine sancte tuas.

*deus,*

Sacrificabant huic, mense Februario in æde qua su-  
per eum foramē in tecto patebat, quod nefas esse  
putarent Terminus intra tectum confidere, ut a-  
pud eundem:

Nunc quoq; se supra, ne quid nisi sydera cernat,  
Exiguum templi recta foramen habent.

Extat peruetustum ac lepidum  $\tau\epsilon\eta\mu\alpha$  apud Gel-  
lium libro duodecimo de Termino, quod ipse dicit  
se nolle solvere, ut legentium coniecturas acuat.

Versus hi sunt:

Semel minus'ne, an bis minus, non sat scio,  
An utrumq; horum, ut quondā audiui dicier,  
Ioui ipsi regi noluit concedere.

*Aenigma  
de Ter-  
mino.*

b a

## TRAPEZVNTII

Significatur hoc ænigmate Terminum fuisse, qui  
solus ioui cedere noluit, ingens quippe saxū erat.  
Non enim semel minus fuit, aut bis minus, sed utrū  
que minus, scilicet semel & bis minus, hoc est ter  
minus, id est, Terminus. Vnde Græci similitudine duchi  
op̄. op̄. Græcis finem alicuius rei significat, &  
τέλος, quod cicero extreūm uenit, & μέρος πρώτως  
op̄. op̄. pro finitione: eam enim nunc ὄπει nunc ὄπει μόνη pet  
lat Aristoteles. Verum ὄπει, quamvis ad uerbum  
sit terminus Latine, non tamen quemadmodum  
apud Græcos ὄπει pro definitione accipitur, ita a  
pud nos terminus: quare ubi in hac significatione  
Latini transferunt, finitionem dicunt, aut finem,  
ut Fabius libro quinto: Ducuntur, inquit, argu  
menta ex finitione, seu fine: nam utroq; modo  
traditur. Et recentiores Latine loquuntur in  
hac significatione nunquam aliter q̄ finem trans  
ferunt, ut & ὄπει μόνη finitionem. Terminos enim simplices  
propositionis partes esse dicimus.) Tertia, inquit, termini  
significatio est, qua dicitur pars propositionis sim  
plicis. Compositi namq; partes sunt antecedens &  
consequens. Hoc est, ut supra ὄπει pro definitione,  
ita hac tertia acceptione pro definitio accipitur: id  
enim est rei simplex uocabulū definitiōis indigēs.  
Hanc autem significationem uult trapezūtius su  
periori affinem: quod enim termini, id est, finitio  
nes explicant latius, hoc ipsum rerum uocabula o  
stendit inuolutius: ut homo & animal intellec  
tua le eadem rem significant, sed hoc explicatiūs, il  
lud uero cōtractius. Quare uoces incomplexe ob  
id dicerentur termini, quod in his latens esset fini  
Plato in tio. Hinc est quod rerum nomina.) Platonem intelligit,  
Cratilo. qui in Cratilo existimat nomina ita rebus esse ac

## DIALECTICA.

commodata, ut ipse tenor uocis rei quam significa  
re uidetur naturam, quodāmodo ostēderet. Cuius  
Gellius meminit etiam libro decimo Noctium At-  
ticarū capite quarto. Aristoteles quoq[uo]d uoces σύμβολα  
τε uocat, quas Cicero notas translert, quasi id si-  
gnis indicarēt, ad quod finitiones veluti manudu-  
cunt. Quod quanquam verum esse potest, tamen  
h[ec] ratiō tam alta origine ducta, parum accōmo Propositiō-  
data uidebitur præsenti negotio: nimirum ob id nū partes  
propositionum partes terminos dici, quod rerum quare termi  
nomina aliquo sensu finitiones dici possunt, finitio nū dicantur.  
nes autē Græce dici ὄπες, ὥποι uero ad uerbum termini  
nū sīnt. Verum quidem hoc est, sed pro definitio-  
ne ὄπες acceptus, non apte terminus transfer-  
tur. Quare propositionum partes alia quadam ra-  
tione termini uidētur dici. Nam, ut ante diximus,  
terminus cuiusq[ue] rei est extremū, finis, ac limes: sic  
propositio cōstat terminis duobus, id est, extremis  
seu limitibus: ut idem sit apud Aristotelē ὄπες quod  
ἄκρον. Nam utrancū propositionis partē rātā & upa dice-  
re solet, similitudine nimirū ducta, à geometria, in  
qua termini dicuntur, quibus unaquæque magni-  
tudo continetur: ut corporū superficies, & harū li-  
neæ termini dicuntur. Quare ut longitudinis ter-  
mini puncta quibus terminatur, ita propositionis  
subiectū & prædicatū modo terminos, modo ex-  
rema dicimus. Libenter namq[ue] Aristoteles mathe-  
maticorū similitudinibus, quippe quæ ad sensum  
maxime accōmodantur, rem docere solet: quod  
satis testantur perpetua illa mathematices exēpla  
nusquam illi non usurpata, de diametro, asymetro,  
de triangulo, circulo quadrādo & hoc genus pluri-  
bus. Siquidem ita uniuersam dialectices metho-

## T R A P E Z V N T I I

don cōcinnauit, ut perfectæ aliquod sc̄iētia ostēderet specimen: quæ res fecit ut se non orationum exēplis alligaret, sed literis in exemplū productis, doceret hoc artificiū omnium orationū sermonūq; formis & que accōmodari posse. Quin & ipse testa<sup>s</sup> dialecticā hoc esse rhetorica certiorē, quod illa firmā habeat *χρήσιαν*, hęc uero opiniōibus nitat. Quod ob id apposuimus, ut Lau. Vallę supra modū literas illas. i. Aristotelis dialectica inuadēti, paucis respōsum sit. Quę nra definit Aristoteles.) Primo libro prioris resolutionis terminum his uerbis finit: Oporū. Χελῶ, εἰς δὲ Διοχέτην πρόστιτον τὸ Κατηγορόν νοῦ, ἢ καὶ οὐ κατηγορέται προσθεμένου θεωρουμένου τὰ ἔννοια, οὐ μὲν ἔννοια: id est, terminū uoco in quem dissoluitur propositio, ut prædicatum & id de quo prædicatur, ipso esse aut nō esse addito uel separato. Qui bus uerbis admonuit Aristoteles, quo sensu terminum in dialecticis acciperet, nimirum pro partibus quibus propositio determinatur, & absoluīt: determinatum enim & definitum dicitur id, quod perfectum est. Incomplexus autem & simplex terminus omnis aut nomen est, aut uerbum.) Hoc loco illud admōendum uidetur, dialecticos duas tantum orationis partes facere, uerbum, scilicet, & nomen, ad quæ & pronomen & participium referri possunt: reliquas uero partes orationis, quas recensent grammatici, nexus esse partium tantum. Cuius etiam Fabius meminit libro primo institutionum, capite septimo, & Priscianus libro secundo de oratione, & libro undecimo de particip. Nomen est uox ex institutione hominum sine tempore significans.) Est eruditia uocis explicatio apud vitruvium Architecturæ libro quinto capite tertio: Eam (siquidem frē,

quens est huius vocabuli in dialecticis usurpatio)  
adscribam. Reliqua in definitionibus nominis &  
verbi satis uulgaria sunt. Vox autem est, inquit, Vox quomo  
spiritus fluens, & aeris ictu sensibilis auditui. Ea dofit.  
mouetur circulorum rotundationibus infinitis:  
ut si instantem aquam lapide immisso nascantur  
innumerabiles undarum circuli, crescentes a cen-  
tro, & quam latissime possint uagantes, nisi angu-  
stia loci interpellauerit, aut aliqua offendit, quæ  
non patiatur designationes eorum undarum ad  
exitus peruenire. Itaq; cum interpelluntur, primæ  
redundantes in sequentium disturbant designatio-  
nes. Eadem ratione vox ita ad circumnum efficit mo-  
tiones. Sed in aqua circuli æqua planicie in latitu-  
dinem mouentur, & vox in latitudinem progre-  
ditur, & altitudinem gradatim scandit. Igitur ut in  
aqua undarum designationibus, ita in uoce cum  
offendit nulla primam undam interpellauerit,  
non disturbat secundam nec in sequentes, sed o-  
mnes sua resonantia perueniunt ad imorum &  
summorum aures. Hactenus Victuuius. Cuius nul-  
la pars seiuincta separataq; significat.) Aristoteles in  
libro ~~τοις Επαντεσ~~ sectione prima, composita nomi-  
na asserit earum esse partium, quarū quæc signifi-  
care aliquid quidem videbitur, si per se pars esse.  
ratur: ut in dictione ~~τοις Επαντεσ~~, per se quidem si-  
gnificat ~~τοις Επαντεσ~~ equum, quem tamen in Callipo  
(quod hominis proprium est) significare ridicu-  
lum foret, ueluti in omnibus proprijs nominibus  
(quæ plerumq; ex partibus pluribus coaluerunt)  
partes per se positæ, & si alias ut integra significa-  
re possunt, partes tamen eius dictiōis ut sint, nihil

Partes no-  
minis com-  
positi an fi-  
gnificant.

## TRAPEZVENTII

significant: non magis quam in hoc nomine Isocrates, Socrates & Crates, quae ut totum respiciunt, tantum syllabarum sunt comprehensiones, non hominū propria. Sed in his ubi in composite partes significationē retinere uidentur, maior erit dissoluendi difficultas: ut in hoc, res publica, tantū res efficere uideretur, atq; si fiat ex eo res priuata, res urbana, rustica: nec minus in eodem publica, quam si dicas, negotiū publicum, locus publicus; sed injecto aculeo discedamus, quo puerorum industria, relicta quærendi ulterius occasione solicitetur. Infinita uero nomina uel uerba sunt, quibus negatio adiuncta est.) Dialectici nomina quadam infinita uocant, quibus, scilicet, à fronte negatio adiecta est, qua dictionis certa significatio tollitur: ut non iustum, pro aliquo quod non sit iustum, non homo, aliud ab homine, quemadmodum in hoc

*Platonis &c.* Platonis ænigmate: Homo non homo, percussit non percussit, lapide non la pide, auem non auem,

super arborem non arborem, quo significatur, Eunuchus percussit pumice alam uespertilionis sedētis super sambucum. Verum apud Latinos rarius est hæc nominum usurpatio, præsertim in substantiis. Nam quod apud Ciceronē est in prima Academica. Nec uero aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur posse esse non corpus, è Græco uersum est ad uerbum, ubi participium substantiuum in hoc genere sermonis intelligitur. Sed & apud F. Quint. sine hac figura inuenies aliquoties substantiuum per negationem infinitū. Adiectiva ueronomina. et si apud Latinos infinita inueniuntur, non tamen ita prorsus, quia ex contrario certa significatio intelligitur, ut mons non magnus, par-

*Infinitorum  
noīm quis  
usus*

## DIALECTICA.

vus aut mediocris intelligitur: homo non improbus, forma non mala, certam habent significiam ex contrario. Verba autem infinita reddi non possunt ut aliquid significant. Nam in propositionibus si sumantur, non iam infinita sunt, sed negata: ut piscis non spirat. Socrates non disputat: in quibus non infinita sunt, non spirat, non disputat, sed tantum negatur pisci inesse spiraculum, & Socrati sermo. Si vero per se sumatur uerba, hoc est, extra orationem, iam nomina sunt, teste Aristotele. Verum id nō fit, nisi infinito modo, ut currere, uiuere, moueri. Huiusmodi enim Græci omnium causarum nomina sunt. *Verba infinita sunt.*

fūsum præponunt articulos. Latini tantum in duobus pronominibus usurpant, in nominatio, uide

līcer, & accusatiō, ut:

Velle suum cuiq; est. Et: Velle tuum nolo.

Orationum quinq; sunt genera.) Diuisio est orationis perfectæ: Illā enim qua oratio per perfectam & imperfectam diuiditur omisit. Quare sola huius est negotiū.) Nam reliqua quæ affectibus mouendis, ac animis demulcendis accommodatoria sunt, oratoribus atque poētis magis in usu habentur. Sic enim scriptum est ab Aristotele in libro *πρᾶγμα τέταρτον* sectione prima, nam reliquæ formæ orationum, ut sunt interrogatio, conquestio, exclamatio, percontatio, imperatio, optatio, iuuocatio, deprecation, & hoc genus sexcenta, in tertia parte rhetorices tractantur, ubi præcipiunt de uerborū & sententiarum exornatione, & partibus elocutionis: quæ cum dignitatem quandam ueluti colorem & speciosiorem habitum adferant orationi, clarū est hanc tractionem non ad dialectices, qui fieri tantum & ueritatis inueniendæ artificium do-

## TRAPEZVNTI

cent, pertinere, sed ad eloquentiae magistros. Sim-  
plex enuntiatio est oratio quæ aliquid esse.) Hoc est, enū-  
tiatio dicit oratio qua assentitur, aut negatur quid-  
piam, ut anima est immortalis. Enuntiationes au-  
tem hæ uulgo uocantur, sic enim ad uerbum trans-  
ferti uidetur, quo Aristoteles uirtutem : ἀπόφανοις ἀπὸ  
τηρθαινεῖαι, quod enuntiare, pronuntiare, & pro-  
loqui aliquid significat. Quare ἀπόφανοι etiam  
pronuntiationes & pronuntiata transferunt. Enun-  
tiationes enim esse putant, quas Græci ἀπαλλάχαι  
uocant. A Stoicis uero ἀπόφανοι dicuntur, quæ Cice-  
ro nunc effata, nunc pronuntiata, & enuntiationes  
aliquando transfert, à M. Varrone proloquia di-  
cuntur. Cæterum ἀπόφανοι dicuntur Aristoteli non  
quæuis pronuntiata, sed illa tantum, quibus absq;  
ulla doctrina & probatione firmus ab omnibus  
habetur assensus: ut integrum est qualibet sua par-  
te maius. Mala sunt deteriora bonis, turpia hone-  
stis. Hæ uulgo dignitates dicuntur. Cicero πρόληψις  
id est, prænotiones & anticipationes uocat, sine  
quibus nec intelligi quicquam, nec queri, nec di-  
sputari potest. Sunt autem hæc, quæ ipsa natura  
dude, ab omnibus statim intelliguntur creduntur qz,  
ut totum est magis sua parte: seu quæ sensu uera  
deprehendimus, ut ignem esse calidum, niuem ali-  
bam, mel dulce: tum quæ plurimorum hominum  
non insipientium iudicio comprobata & recepta  
sunt, ut deum esse, post hanc uitam expectari a-  
liam: hæc postrema creduntur tantum: secundi or-  
dinis, quod experimur, credimus: quæ primo lo-  
co possumus, & quod ipsa natura dicit, & quod  
sensus doceat, non possumus ea non credere: qua-

Triplicia  
principia.

## DIALECTICA.

14

re hæc sub contradictionem cadere non possunt,  
reliqua autem possunt, ut niuem Anaxagoras  
negauit albam, & Epicurus non uiuere post mor-  
tem animos, nec esse post hanc uitam aliam existi-  
mabat. Hæc obiter dimicimus, quod per hæc pleraq;  
Aristotelis in libris de Demonstrationibus & Ci-  
ceronis in philosophicis disputationibus rectius à  
studiosis intelligentur.

Enuntiatio uero, alia simplex, alia  
coniuncta est. Coniuncta ex simpli-  
cibus constat, ut si homo est, animal  
est. Simplex uero enuntiatio, est ora-  
tio quæ aliquid esse uel non esse signi-  
ficat, secundum quod ipsa tempora  
diuisa sunt, ut homo est animal. Om-  
nis igitur oratio qua necesse est ali-  
quid de aliquo uel asserere uel nega-  
re, si ut uel esse, uel non esse significar,  
consideratur, enuntiatio dicitur: si  
ut uerum uel falsum, propositio ap-  
pellatur. Est enim propositio oratio,  
quæ uerum uel falsum significat.

Enuntiatio  
duplex.

Propositionum quedam categori *Propositio*  
cæ nuncupantur, quas prædictoria

TRAPEZVNTII

Latine appellare possumus, quædam  
hypotheticæ, quæ conditionales no-  
minantur.

Prædicato-  
ria.

Prædicatoria propositio est, qua  
duobus terminis constat, subiecto  
prædicatoq;.

Subiectum.

Subiectum est de quo aliquid di-  
citur,

Prædicatu.

Prædicatum est quod dicitur de a-  
liquo, ut homo est animal.

Subiectus terminus nunq̄ maior,  
sed equalis uel minor prædicato sem-  
per est.

Prædicatus uero terminus uel uer-  
bum est, ut homo currit, uel nomen  
firnul cum uerbo, ut dies serenus est.  
Præterea tam subiectum, q̄ prædica-  
tum cōplexos terminos possunt cō-  
tinere, ut scientia iuris est res utilis.

Omnis prædicatoria propositio,  
uel affirmativa uel negatiua est. Af-

## DIALECTICA.

firmatiua est alicuius de aliquo enū-  
tiatio . Negatiua est alicuius ab ali-  
quo enuntiatio.

Propositionum aliæ sunt uniuer-  
sales, aliæ particulares, aliæ sunt inde-  
finitæ.

Vniuersalis est, quæ aut omni aut vniuersalit  
nulli inesse significat, ut omnis ho-  
mo currit, nullus homo currit.

Particularis est, quæ alicui aut nō Particu-  
alicui inesse significat, ut aliquis ho- laris.  
mo currit, aliquis homo non currit.  
Huic singularem anneximus: Ea est  
si dicas, Cicero disputat, hic audit. In  
definita est, quæ absq; uniuersali atq; Indefinita.  
particulari aut esse aut non esse signi-  
ficat, ut homo legit, homo non legit.

Hic illud dicendum est, huiuscce-  
modi uoces, omnis, nullus, aliquis,  
quosdam iuniores signa, priscos <sup>ouros</sup> Signa.  
<sup>muspianos</sup> appellare, quoniam terminis

TRAPEZVNTII

adduntur, ipsæ uero termini non sunt.

Ad hæc propositionum quædam contrariæ & aliæ subalternæ, aliæ contradictioniæ nominantur.

Vniuersalis igitur affirmatiua & uniuersalis negatiua, in quibus eadē omnino subiiciuntur ac prædicantur, inter se contrariæ sunt.

Particularis uero affirmatiua & negatiua, in quibus eadem omnino subiiciuntur ac prædicantur, subcontrariæ dicuntur.

Vniuersalis uero & particularis affirmatiuæ, & similiter duæ negatiuæ, subalternæ dicuntur.

Cum uero quantitati quantitas, & qualitati opponitur qualitas, eisdē subiectis & prædicatis, contradictioniæ nominantur. Quare uniuersalis affirmatiua & particularis negatiua,

Contraria.

Subcontraria.

Subalternæ

Contradic-

tioriæ.

ac rursum uniuersalis negatiua & particularis affirmatiua, in quibus eadē omnino subiiciuntur ac prædicantur, sibiipsis contradicunt.

Harum propositionum, si cui negatio præponitur, sunt contradictorię: si postponitur, pr̄fertim uniuersali signo, contrariæ: si uero eidem & præponitur & postponitur negatio, subalternæ uim & potestatem possidet. Quam rem iuniores propositio <sup>Aequipollens</sup> num æquipollentiam appellare solent.

Verum de oppositione propositionum satis. Nunc de natura dicamus.

TRAPEZVNTI

Omnis ho-  
mo currit.

Contrarie

Nullus ho-  
mo currit.

Subalternas

Contra

Contra

Suppletivas

Solitaria

Bonitatis

Aliquis ho-  
mo currit.

Subcontraria.

Aliquis homo  
non currit.

Natura pro-  
positionū op-  
positorum.

Propositionum igitur quas con-  
trarias appellamus, ea natura est, ut  
cum nunquam simul uerae inueniri  
possint, si una uera est, falsam necessa-  
rio alteram ostendat. Nec; retro uer-  
tere licet: nec enim si alterutra falsa  
est, idcirco quę relinquitur, erit uera.  
Nā falsas simul esse in iis rebus com-  
prehendimus, quas contingentes ap-

DIALECTICA.

pellant, ut omnis homo sedet, nullus  
homo sedet.

Subcontrarię uero cōtrario se mo-  
do habent: nam cum falsæ simul esse  
nō possint, ueræ possunt. Quare fal-  
sitas unius, ueritatem alterius ostendit,  
sed ueritas falsitatē minime. Pos-  
sunt enim ambæ simul ueritatem in  
contingentibus rebus complecti: ut  
aliquis homo sedet, aliq̄s homo non  
sedet.

In subalternis si particularis falsa  
est, uniuersalis falsa est, nec retro age-  
re licet. Vera enim esse potest parti-  
cularis, cum uniuersalis est falsa, ut  
aliquis homo sedet, omnis homo se-  
det. Si autem uniuersalis uera est, &  
particularis necessario. Nam si oīs  
homo est animal & aliq̄s homo ani-  
mal est.

At contradictorię semper uerum  
c. à fal-

TRAPEZVNTII

à falso sciungunt & separant, nam si una ipsarum uera est, falsam alterā: si falsa altera, reliquam ueram esse necesse est.

His ita breuiter dictis, nunc de cōuerſione propositionum dicendum  
*Conuersio.* esse uidetur. Conuersio igitur est, cū propositionis subiectus terminus in prædicatum, & prædicatum in subiectum trāſponitur. Ea est triplex. Simplex, per accidens, per contrapositio nem.

*Simplex.* Simplex est, cum termini quidem trāſponuntur, quantitas uero & qualitas eadē omnino remanet. Hoc conuersiōis modo uniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua uertuntur: Nam si nullum animal est, nihil eorum quæ sunt, animal est: & si aliquis homo currit currentium utiq; aliquid homo est,

per

Per accidens autem est cōuersio, <sup>per accidens</sup> cū transpositis terminis qualitas ea dem manet, quantitas mutatur. Hoc modo tā uniuersalis affirmatiua q̄ negatiua conuertuntur. Nam si omnis homo est animal, et aliquod animal hominē esse necesse est. Et si hominum nemo uolare potest, corū certe quæ uolare possunt, quicquam homo non est.

Per contrapositionem couersio <sup>per contrapositionem.</sup> fit, cum quantitas quidē & qualitas eadem manet, termini uero transpositi in infinitos commutantur. Hoc modo cōuertuntur uniuersalis affirmatiua & particularis negatiua. Nā si omnis homo spirat, quicquid non spirat, est non homo: & si aliquis homo non sedet, quippiam quod nō sedet, non est non homo.

Harum conuersionum ista natu  
rā est,

TRAPEZVNTII

ra est, ut cum eadem maneat quantitas, si una est uera uel falsa, & altera. Cum uero mutatio quantitatis fiat, uera semper in ueram conuertitur. Falsa uero in qua superiora subiiciuntur, quoniā cum ex conuersione mutata quantitate, recta sit prædicatio, in ueram necessario conuertatur, ut aliquis homo animal est, uera est, cū tamen omne animal homo est, uera non sit.

Hæc de prædictoria propositio-  
ne delibasse sufficiat.

Secundum quod tempora diuisa sunt.) Hoc est, qua  
asseritur quidpiam fuisse, ut fuit Ilium: aut esse,  
ut sol est in Geminis: aut fore, ut anima non mori-  
etetur. Nihil enim neesse est verbum esse præsen-  
tis temporis, quoniam e verborum casibus enun-  
tiationes sunt, modo fuerint modi indicatiui, aut  
saltem pro hoc accepti. Omnis igitur oratio qua nece-  
sse est aliquid de aliquo uel afferere.) Apparet ex hac dif-  
ferēcia orationem enuntiativam tūc rectius pro-  
positionem uocari, cum argu mētationis alicuius  
pars esse constituitur: quādoquidem in ea huius-  
modi orationes sumuntur, non quidem quod es-  
se aut

se, aut non esse rem quampiā significant, sed quatenus veritatem, aut falsitatem cōtinerent. Cuius rei indicium est, quod Aristoteles vbi de hac oratione disputat, tanquam argumentationis parte non ἀπόφοιν ut in libro πολιτείας, sed προτάσιν, ut in libris priorum resolutionum vocavit, quam nostri transferunt propositionem. Laurētius Val la libro dialectices tertio, propositionem dicit syllogismi initium: Enuntiationem autē genus pro positionis, assumptionis, conclusionis & reliquo rum quæ non tam materia differunt, quam eloquēdi modo. Non tamen hoc semper obseruatur, quandoquidē dicitur ratio cinatio tribus constare propositionibus. Prædicatoria propositiō est.) Propositiō κατηγορία, quam Martianus prædicatiūam vocat, est qua unum uni aut tribuitur aut negat, seu quæ uno verbo contenta est, vt terra quiescit.

Subiectum est de quo aliquid dicitur.) Prior propositionis pars cui posterior tribuitur, subiectum vocatur. Oportet autem prius esse intellectu, ordine vero non est necesse: ut virtū est omnis intemperantia. Intellectu prius illud, omnis intemperantia Rursum, pium est tueri patriam: utile est erudire liberos, subiecta sunt, tueri patriam, erudire liberos. Subiectus terminus nunquam maior.) Ex Isagoge Porphyriana canon hic desumptus est. Intelligitur autem de enūtiatione affirmativa & vera, in reliquis locum non habet. Aequale autem subiectum est prædicato, vbi idem de eodem dicitur, Socrates est Socrates, aut vbi iunguntur synonyma, vt ensis est gladi⁹, lethum est mors: aut vbi definitio definito seu contrā, vt homo est animal rationale, rationale animal est homo: aut si

C. B. pro.

## TRAPEZVNTII

proprietate subiecto suo, ut homo est risibilis. Preterea tam subiectum quam praedicatum.) Vbi in propositionibus ultra verbum substantiuum aliquid additur, id praedicatum Graecis dicitur προσχετηρόν μήν, scholæ de est tertio adiacente, Latine nondū tralatum est. Omnis predicatoria propositio uel affirmativa uel negativa est.) Hæc enuntiationum diuisio secundum qualitatem est, superior est ex substâlia, quæ sequitur, quantitatis est. Ac proinde tres que rendi modos diuersos propositioni accommodant.

Quærendi  
notæ tres.

De aliquo.  
Ab aliquo.

Negatio.  
Affirmatio.

Veluti quærenti, quod sit pronuntiatum, prædictorium vel conditionale redditur: Quale, affirmatum aut negatum: Quantum vero, singulare, aut particulare, aut uniuersale. Cicero affirmatiwas & negatiwas, negantes & aientes vocat, Martianus dedicatiwas & abdicatiwas. Affirmativa est alicuius de aliquo.) Affirmatio alicuius de aliquo. Negatio alicuius ab aliquo est enuntiatio. Hoc ad verbum ē Graeco τὸ διαμενεῖς traductum est, vbi Aristoteles non alio discrimine se iunxit affirmationem à negatione, quam præpositionibus his καὶ τὸ ἀντί, ut sit affirmatio, enuntiatio alicuius καὶ τὸ διαμενεῖς: Negatio vero, alicuius ἀντί τὸ διαμενεῖς. Verum ab & de præpositiones an contrariæ sint significacionis, grammaticis discutiendum relinquaremus. Significantius foret si dicatur: Affirmatio, est oratio qua alicui quippiam inesse dicitur, ut deus est iustus, homo est animal. Negatiua oratio, qua per negationem praedicatum à subiecto remouetur, ut homo nō est iustus: aut in quo vis est negandi, ut nolūt boni ab officio discedere, est homo parum pius, argentum aliud est quam aurum. Negandi particula verbo intellectu tantum appo-

apponenda est. Nam si nomini præponitur, ut est  
vir non bonus, est homo minime malus, affirmata  
tivæ sunt & æquipollent his: est vir malus, est ho-  
mo plane bonus: æquipollentes autem propositio-  
nes eiusdem qualitatis sint necesse est. Quare si hæc  
affirmatiua est, homo malus, erit affirmatiua quo-  
que, homo nō bonus, æquipollent enim superio-  
ri. Sciendū autem hoc loco minime & tacendū est  
id professoribus, esse propositiones quasdā quas *Propositiones*  
in scholis modales vocamus, quarum naturam si *nes modis*  
ignorauerimus, iudicare non possumus de propo-  
sitionum omnium qualitate & quantitate. Est au-  
tem propositio modalis, quæ non simpliciter ef-  
ferē, sicut illæ quas Aristoteles *καθ' οὐταρχεῖν*, id est,  
de inesse vocat, sed quæ cū determinatione aliqua  
modificatur, hoc est, ut apertius dicam, quæ sumi-  
tur cum expressa qualitate, veluti hic simpliciter  
efferuntur: vitanda sunt peccata, defendenda est  
patria, instituendi sunt liberi: cum qualitate vero  
sumitur, si dicam sic, honestum est vitare peccata,  
pium defendere patriam, utile instituere liberos:  
quare adiuncta qualitas (quæ cōsueto vocabulo  
modus dicitur) propositio modalē efficit: quod  
fitam receptum est, vocare liceret proposicio-  
nes qualitativas. Sunt autem monēdi pueri, hanc  
qualitatem sumi ex locis generū causarum apud  
rhetores, ut ex demonstratiuo & deliberatiuo ho-  
nestum, laudabile, magnificum, egregium, excel-  
sum, utile, iucundum, facile, possibile, necessarium,  
iustum, æquum, rectum, verum: & quæ his con-  
traria sunt, ut in honestum, turpe, sordidum, humili-  
le, inutile, iniucundum, difficile, impossibile, in-  
iquum, improbum, falsum: horum aliquod vel si-

## TRAPEZVNTII

smile si sumatur in propositione ad qualitatē sententiae demonstrandam, modale erit: Hic enim mihi usus videtur talium propositionum, ut sentētig qualitatem ag noscat puer, magis quām se modā libus de necessario, possibili, impossibili, contingenti, alliget. Nam quae de his præcepta dantur ab Aristotele, alijs quoq; accommodari recte poterunt. Meminerit igitur, si qualitatē propositioni addiderimus hac forma: sanctum est colere numina, esse modalem propositionem sumptam ab honesto. Cuius subiectum fere semper est infinitum verbum cum obliquo, aut infinitum solum prædicatum, modus seu qualitas cum verbo infinito: ut hic, iucundum est legere poëtas, subiectum est, legere poëtas, prædicatum, iucundum est. Porro in huiusmodi propositionibus, quoniam duo verba sunt, negatio modo finito, modo infinito verbo adhæret: sed illa propositionem efficit negatiuam, quae finito verbo coniuncta est: ut nō est æquum damnare insontes: hęc enim, expedit reipublicę non seruare tyrannorum liberos, affirmativa est proposition. Indefinita est quae absque signo.)

Huiusmodi propositionem Laurētius Valla libro secundo dialectices dicit similem esse & germanam vniuersalis. Martianus Capella particulari adnumerat, cuius verba adscribā: Quod igitur, inquit, indefinite dicimus, necessario particulariter accipimus, nō necessario vniuersaliter: quoniam id potissimum numerandum quod securū habet intellectum, indefinitū pro particulari accipim⁹. Haec tenus Capella. Verum in argumentationibus plerunque pro vniuersalibus accipiuntur, ut honestum est laudabile. Et fere tunc, qñ prædicatum pars

Indefinita  
propositio.

parsest substantiæ subiecti, ut homo est animal.  
 In alijs nihil perpetuum præcipi potest: ob id em in  
 definite dicunt, qd nunc vniuersalis, nūc particu  
 laris absq; determinatione vim possidet. Priscos ovv  
 οὐνοματικός appellare.) Ac si dicas cōprædicatoria.  
 Ammonius συνομοιώθη, id est, consignificativa  
 nominat. Huiusmodi quidem sunt vniuersalia ac  
 particularia signa notæ tantum vniuersalis ac par  
 ticularis prædicationis. Termini vero non sunt ni  
 si sumantur genere neutro, vt amicorum omnia  
 sunt cōmunia: deo omnia subiecta sunt, nonnulla  
 etiam mortalibus. Adhæc propositionum quædam con  
 trarie.) Sæpe nunc admonuimus dialectices esse  
 veri falsi que censuram, necessariū igitur erat co  
 gnoscere quæ pronuntiata sibi mutuo repugna  
 rent, quæ simul consistere nequirent, & quæ inter  
 se consentientes essent. Quorum hoc docebit iō  
 fluvius, id est, æquipollentia & conuersio: Illud,  
 oppositio, quam definiunt, ut sit duarum proposi  
 tionum in quibus eadem sunt subiecta & prædica  
 ta, in qualitate tantum, vel in qualitate & quan  
 titate simul, repugnātia: vt omnis homo est iustus.  
 omnis homo nō est iustus: hic sola mutata est qua  
 litas. Cæterū hę: Omnis volupras est expetenda, q  
 dam nō est expetenda, & qualitate & quātitate pu  
 gnāt. In his cauendū est, ne qua sit πολυόμων vel am  
 bigua vox q; aliud significet, aut aliā vim habeat  
 in vna propositione atq; in altera: Nā si quis dicat,  
 Rhenus in Italia fluuius est, illū intelligens, qui Pa  
 do vicinus, nihil repugnans huic dicit, qui Germa  
 niæ fluuium intelligens dixerit, Rhenus in Italia  
 non est. Item si vna metaphoricā, in altera citra  
 tropum accipiatur: vt non opponuntur, candor

Oppositio.

## TRAPEZVNTII

oculis officit, candor oculis non officit: si hic ambi-  
ami, ibi corporis, candorem accipias. Harum proposi-  
tionum si cui negatio p̄eponitur.) Obscure admodum  
Trapezuntius tradit æquipollentiam propositione-  
num per tres regulas. Est autē æquipollentia, seu  
(ut grece ἴσηλυραία, durū propositionū æqua vis  
& potestas, & in qualitate & in quantitate, ut nō  
omnes sunt felices, & aliqui non sunt felices: fiunt  
autē oppositæ æquipollentes, vni earū accommo-  
data negotiōe, de qua dialecticus tradit tres regu-  
las.

**Regule etiā.** Prima, si alicuius propositionis signo vniuersa  
æquipollentia vel particulari p̄æponatur negatio, facit eam  
æquipollere sive contradictione: seu (ut Trapezun-  
tius ait) sit superioris contradictionia, quod eundē  
sensum habet licet obscurius. si enim antegressae  
sit contradictionia, necesse est eā eiusdē contradic-  
tio æquipollere. Nam si plures propositiones vni  
alicui opponuntur in eodem genere oppositiōis,  
eas inter se easdē esse oportet: veluti hęc, omnis ho-  
mo est iustus, hanc habet contradictionem, aliquis  
homo nō est iustus: proinde si prior sumitur cum  
negatione signo proposita, secundae, id est, contra-  
dictio prioris æquipollebit, & priori contradicet.  
Secunda regula: si postponitur, æquipollet contra-  
rio suo, ut nullus sapit, nullus non sapit: hęc poste-  
rior contrario prioris, que esset, omnis sapit, æqui-  
pollet, seu quod idem est, contraria facta est illi  
primo loco positrę. Tertia regula: Negatio signo et  
p̄æposita & postposita sit subalterna prioris, ut  
nulli ambulant, p̄æpone negationē simul & post-  
pone, nonnulli non ambulant, id est, aliqui non am-  
bulant, atq; hęc subalterna est eius, nulli ambulat.  
Præfertim signo uniuersali.) In omnibus exemplaribus  
lege.

legebatur hoc primæ regulæ appositiū, neq; à me  
in priore editiōe animaduersum: quod aut (vt nos  
ad secundam regulam transitulimus) legendū sit  
primum facit negationis natura, quæ particularē  
præposita efficit vniuersale negatiōnum, vt, non vñ  
lus est nullus, vnde & compositum est: sic ne vñ  
quidem & necquidquā pro nihil, nec vspiam pro  
nisiquā: Quare vt negatio vniuersali signo præpo-  
sita signū efficit particulare, veluti non omnia, id  
est aliqua nō, sic vicissim particulari præposita fa-  
cit vniuersale: qua in re neq; grammatica neq; con-  
suetudine sermonis, impedimur. Quod autē clau-  
sula illa (præsertim signo vniuersali) ad secundā re-  
gulam, ad quam eam transposuimus, pertinet, ex  
eo venit, q; particulare signum si postposita habet  
negationē vñā, respuit secundā: si aut signo puro ne-  
gatio postponitur, nō æquipollit, sed fit eadē, vt  
aliquis est iustus, cuius subcōtraria est, aliquis nō est  
iustus: hic prior si sumitur signo postposita nega-  
tione, fit eadē sūmæ subcontrariæ. Negaliter (q; nos  
restituimus) à Trapezuntio scriptū est. Sunt autē  
monendi pueri signorū: Galvaniā, non ob id à dia-  
lectico tradi, vt ex ea Latine loquendi regulā data  
arbitrentur, sed tantū rationem iudicādi de signis,  
quibus aut repugnant aut æquipollent, & qua spē  
oppositionis. Delectum aut signorum à grammati-  
cis plane sumendum arbitramur: q; re adhibe ad hāc  
facultatē Lau. Val. ex 11. lib. dialectices capita ali-  
quot, à xv. usq; ad tricesimū quartum illis tantū o-  
missis, vbi cum dialectici rixatur. Deinde Erasmi  
caput ex 1. libro Copiæ, de æquipollentia signorū.  
Verem de oppositione propositionū nunc satis.) In oppo-  
sitione propositionum assuescant pueri per quater

## TRAPSEZVNTII

nos digitos propositiones distribuere, quod & in syllogismis construendis idem monendi sunt. Habet enim dialectica in multis preceptis mathematicae simile aliquid, quod vel delinitione, vel digitorum figura ob oculos ponere oportet: quin & ipse Aristoteles in suo ipsius volumine quatuor propositiones sic in quadrum redegit, ut duæ contrariae in fronte & in basi, id est, inferiore linea totidem essent: sic enim legimus libro de enuntiatione sectione tertia, seu (ut nunc distinctus est)

**Propositio-**  
**nes per qua-**  
**drum dispo-**  
**nendæ.**

li. ii. tractat. i. Νέαντες μὲν τὸν αὐτόν τον γράμματα ποστ quæ verba sequuntur quatuor propositiones per quadrū dispositæ et paulo post πλὴν αὐτῶν διατίθενται, id est, non perinde ex diametro oppositas veras esse cōtingit, interps ita respexit schematis descriptionē ut contentus sensum reddere, angulares transtulerit, sunt aut ex diametro, q̄ in pollice ac medio, & rursum que in indice & annulari. Si una uera reliquam falsam esse ostendit.) Vera propositio est, quæ cum re consernit, ut sol lucet, plūm est venerari deum: Falsa aut, que à re dissentit, ut luna maior est sole: Animæ hominum moriuntur. Nam falsas simul esse in ijs rebus.) Co-hæret prædicatum cum subiecto trifariam, has vulgo materias vocat, ut est necessaria contingēs, remota. Necessario autem subiecto prædicatum cohæret, cum vel definitio prædicatur, ut religio dei cultus est, æther astrorum mundus: aut genus, ut arbor est substantia: aut proprium, vel perpetuum accidens, ut homo ratione preditus est, cygnus cādore. Harum ea est conditio, ut in omni genere oppositionis, si una vera sit, reliqua falsa erit necessario. Contingens dicitur, quando accidens præ-

**Propositio-**  
**necessariæ.**

dicatur, ut religio dei cultus est, æther astrorum mundus: aut genus, ut arbor est substantia: aut proprium, vel perpetuum accidens, ut homo ratione preditus est, cygnus cādore. Harum ea est conditio, ut in omni genere oppositionis, si una vera sit, reliqua falsa erit necel-

**Contingēs.** Contingens dicitur, quando accidens præ-

Dicatur autem ubi voces ex diuersis praedictamentis coniunguntur, ut homo est iustus, dies est sere-  
nus. Remota dicitur, cum pugnantia sibi mutuo tri-  
buuntur, ut calidus est frigidus, homo est lupus. In his  
affirmativa est falsa, negativa semper vera. Multum  
valebit illa distinctio ad recte iudicandum de proba-  
tionibus & dialecticis & rhetorica: sunt enim aut  
necessariæ aut tantum verisimiles aut ineptæ & false.  
Cōuersio igitur est.) Cōuersionis multiplex usus est: Alius,  
quo syllogismos diuersarū figurarū in sece cō-  
mutamus, ac bene nos collegisse ostendimus atque **Vsus Cō-**  
huic negotio ab Aristotele destinata est libri prioris *versionis*,  
resol. Alius quo propositionū quandam aperimus  
consequentiam, ut ne mo stultus est beatus, nemo  
igitur beatus est stultus. Et, pallent omnes inuidi,  
quosdam igitur pallidos inuidere necesse est. Ali-  
quando vero propositioni illustrandæ adhibetur,  
si qua obscurior inciderit, ut nemo in calamitate  
constitutus est felix; felices igitur homines in ca-  
lamitate putas esse constitutos? Id fere simile est  
exhortationi quam rhetores antiqui etiam vocat. Per  
accidens autem cōuersio est.) Per accidens dicitur, quod  
secundæ propositioni quæ conuersa dicitur, acci-  
dat noua quantitas. Per contrapositionē.) Hoc genus  
conuersionis ad syllogismorum quidem reducti  
onem nihil adfert, alibi tamen non negligetur, si  
quidem sepe argumentationis vice adhibetur. Est  
enim argumentandi genus a contrarijs, ut apud Ciceronem libro primo inventionis: Deinde si consti-  
tutio pars eius qualibet intentionis depulsio est, dens quoma-  
do utendā,  
**Cōuerſio**  
Quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitu-  
tio, nec pars cōstitutionis est, ac si dicas, omnis ho-  
mo animal est: Igitur quod non est animal, nec ho-

## TRAPEZVNT!!

mo erit. Quod autem Trapezuntius admonet ter-  
minos uertendos esse in infinitos, satis erit si cum  
negatione interposita sumentur : substantiowrum  
enim (ut supra docuimus) infinitorum rarus est v-  
sus apud Latinos. Quare sic vertes hanc: Omnia vo-  
luptas est expetenda, quod non ex petitur non est  
voluptas. Quid opus erat dicere contra consuetudi-  
nem Latinè loquentium, non ex petendum est nō  
voluptas quæ constructio ridicula est & sine aliq  
sensu.

## D E P R A E D I C A B I L I B V S.

**N**Vnc breuiter (ut instituimus)  
dabimus operam, ea primo ex-  
ponere, quæ Græci uoces, Latini præ-  
dicabilia solent appellare. Deinde de  
prædicamentis, quas κατηγορίας Græce di-  
cimus, & de prædictorio syllogismo  
pauca admonebimus, postremo de  
propositione hypothetica, & syllogi-  
smo, & de diffinitione diuisione disce-  
remus, nec omnino ea præcepta con-  
temnemus, quæ eius rei quam iuni-  
ores obligationem uocant, uim & na-  
turam complectuntur.

Prædica-

Prædicabile igit̄ est terminus, qui Prædicabili  
de plurib⁹ uniuoce potest prædicari. <sup>lc.</sup>

Vniuoca dicuntur quorū nomen <sup>Vniuoca</sup>  
commune est, & ratio substantiæ se-  
cundum id nomen eadem, ut animal  
homo atq; bos. Nam utraq; animalia  
nuncupantur, Et si quis assignet utri-  
usq; rationē in quantum animal est,  
utrunq; animatam, substantiam, quę  
sensiat & moueatur esse affirmabit.

Acquiuoca sunt quorum nomen <sup>Acquiuoca</sup>  
quidem commune, sed ratio substan-  
tię secundum id nomen non est eadē,  
ut canis in aquis, in terris, in cœlo, no-  
mine quidē idem, re autem atq; sub-  
stantia diuersa sunt.

Prædicabilia quinq; sunt: Genus,  
species, differētia, propriū & accidēs.

Genus est, quod de pluribus diffe- <sup>Genus</sup>  
rētibus specie in eo quod quid est, u-  
niuocē prædicatur. Id duplex est: nā  
aliud

TRAPEZVNTI

aliud genus generalissimū, aliud sub-alternum appellatur.

Generalissimū est, quod cum sit genus, non potest esse species, uel supra quod aliud genus minimè inueniatur, quæ sunt decem genera rerum omnium, de quibus postea dicemus.

Subalternum est, quod cum sit genus, est etiā species. Huiusmodi sunt omnia, quæ inter specialissimas species & generalissima genera semper inueniuntur, & ad superiora quidem relata, species sunt: inferioribus uero accommodata, genera, ut animal, animali quidē corporis species hominis uero aut bouis genus.

*Species.* Species est, quæ ponitur sub genere. Vel: Species est, quæ de pluribus differētibus numero in eo quod quid est, uniuocē prēdicatur. Ea est duplex nam aliam specialissimā, aliam subalternam

ternam dicimus.

Subalterna est, quæ inter generalis. *Subalterna*  
simum genus, & specialissimam spe-  
ciem posita est. Superioris species, in  
ferioris genus semper inuenitur, ut  
animal.

Specialissima est, quæ cum sit spe *Specialissi-*  
mae, non potest esse genus, ut homo,  
bos.

Hæ specialissimæ species, non in  
species ampli<sup>o</sup>, sed in individua scin-  
duntur, ut Cicero, & Aristoteles.

Differētia est, qua res inter se dif- *Differētia*  
ferunt. Ea est triplex. Communis,  
propria, specifica.

Communis est, quæ separabilis est:  
ita dicimus album hominē à nigro  
differre.

Propria est, quæ cum inseparabi-  
lis sit, inest tamē per accidens, ita cor  
vus nigredine à cygno differt.

d      specifi

TRAPEZVNTII

**Specifica.** Specifica est, quæ de pluribus differentibus specie uel numero in eo quod est quale esse[n]tiale, uniuoce prædicatur. Vel: Differentia est, qua abundat species à genere.

Hac solam in numero quinq[ue] præ dicaciliū accipimus, quæ duplex est: diuidens & constituens.

**Diuidens.** Diuidentem appellamus qua genus diuiditur, ut substantia quædam corporea quædam incorporea.

**Constituens.** Constituentem appellamus, quæ generi addita speciem constituit, ut animalium, aliud rationale, aliud irrationale. Nam si animali addas irrationalitatem, speciem quandam constitues, quā si nomine caret, aut mente sola cōcipes, aut etiā (nec enim de rerum uocabulis solicitari debet philosophus, sed dare semper operā diligerter, ut natura rerum apertius patet)

teat) ficto aut novo uerbo q̄ commo-  
dissime poteris nominabis. Sunt ergo  
specificæ differentiæ, quæcunque  
aliam faciunt speciem, quibus ad di-  
uisionem generum & diffinitionem  
specierum maxime opus est.

Proprium quatuor modis accipi- *Proprium:*  
tur: Nam quicq; doli accidit speciei,  
& si nō omni sub ea, neq; semper, pro-  
prium dicitur, ut homini medicum  
esse & quod omni accidit & semper,  
& si non soli, ut hominem bipedē es-  
se. Et quod omni & soli, sed non semi-  
per, ut homini canescere in senectu-  
te. Et quod omni & soli & semper in-  
esse potest, ut risibile homini. Et hoc  
modo proprium in quinq; uniuersa-  
libus connumeratur, quod etiam sic  
definiunt: Propriū est, quod de pluri-  
bus differentibus numero uniuoce  
in eo quod est quale accidentale, sic

TRAPEZVNTII

prædicat ut uertere liceat , ut omnis homo est risibilis , & quicquid risibile est,homo est.

Accidens  
duplex.

Accidens est , quod potest adesse & abesse præter subiecti corruptiōnem . Huius aliud est separabile , ut dormire, sedere: aliud inseparabile, ut nigredo corui & æthiopis . Quæ & si separatim nō inueniatur , tamen si abesset nō inferret coruo aut æthiopi corruptionem , quod à iunioribus etiam sic definiri solet : Accidens est , quod de pluribus prædicatur in eo quod est quale accidētale non cōuer- tibiliter.

Cur quinque uoces ( ut Græci dicunt ) quinq; sint numero , hinc maxime perspicuū est , quòd omne quod de alio dicitur , uel accidens ei est , uel substantiale . Si accidens , aut conuer- ti prædicatio potest , & habetur pro- prium ,

prium: aut non, & habetur accidens.  
 Quòd si substancialis prædicatio est,  
 id est, si quod prædicatur essentia, in-  
 est subiecto, uel in eo quod quid, uel  
 in eo quod quale dicit: quòd ut quali-  
 tas dicitur cum per essentiam inest,  
 differētia est: quod in eo quod quid,  
 si de pluribus differentibus specie, ge-  
 nus est: si de differentibus numero,  
 species est. Itaq; cum sint quinq; præ-  
 dicabilia, genus, species, differentia  
 prædicationem eam faciunt, qnæ es-  
 sentialis & substancialis. Accidentis  
 ac proprii prædicatio, accidētalis ap. Prædatio-  
 pellatur. Nunc quoniam de quinq;  
duplex.  
 uocibus dictum est, de prædicamen-  
 tis breuissime (ut instituimus) dicen-  
 dum uidetur.

Nunc breuiter ut instituimus.) Superius dialecticā  
 tripartitam ostendimus, in elementariam, inven-  
 tionem & iudicium: quarum vt natura ita ordine  
 etiam prior est elementaria. Huius initium alij  
 d 3 à præ-

## TRAPEZVNTII

Prædicabilibus sumunt, Trapezuntius à propositionibus & terminis: vel quod hunc ordinem ab alijs quibusdā obseruatū videret, aut q̄ facilior esset tradendī modus, si ea quæ adhuc grammatici iuris aliqua ex parte videntur, principio tradarentur: ut quæ de verbo, nomine, signis, oratione docentur grammaticorum auribus nō sunt insueta: & prius quidē grammaticæ præceptis imbuti, ad dialecticā paratores venimus. Est igitur hic ordo cōmoditatis non naturæ. Sed nūc de fere haurimus, quare ad institutū redeo. Prædicabilia Græci πρώτος vocat, teste Ammonio Porphyrii paraphrāste. Larini vero prædicabilia, qđ, videlicet, de altero nihil predicit aut dicatur quin sub aliqua harē vocum contineat. Necessariam harē cognitionē Porphyrius ostendit ad ea quæ sunt apud Aristotelem in categorijs, tum ad facultatē definitionū ac diuisionū. Postremo ad methodū scientiæ demonstratiuæ. Magna certè utilitas, nec ulli negligenda, qui sibi altiores disciplinas perquirendas proposuit. Vnuoca dicuntur.) Tradunt dialectici formas nominū quinq̄, ē quibus Trapezūtius duas dītaxat posuit. Nos reliquias subiecimus, nihil enim missum faciemus ex q̄ studiōsis iuuenib⁹ ali quid cōmodi fore speramus. Sunt autē: πλυνύματα, polyonyma, ιζθύνυμα, συνθύνυμα, διάθύνυμα et παράθυνυμα. Polyonyma sunt, que vulgo synonyma appellat, cum res una varia nomina sortita est, ut ensis, gladius, spatha. Heteronyma. Et θύνυμα, quæ à nōnullis altera dicuntur. Cum res & nomina diversa sunt, ut deus, homo, arbor, virtus. Συνθύνυμα, Aristoteles definit quorū nomen cōmune est, & ratio substantiæ secundū id nōmē est eadē, hoc est, quæ & nominis & rei cōmuniōne con-

ne conueniunt: ut homo, leo, aquila, hactenus cōveniunt quod sunt corpora uiuentia, quæ sentiuntur ac ob id dicuntur animalia. Huiusmodi autem vulgo vocantur vniuoca vniuocata, scilicet, q̄ sub ea cōmuniitate cōtinetur: hoc ipsum autem q̄ plura cōtinet vniuocum vniuocans dicitur. Cum vero vniuocans prædicatur de vniuocato, prædicatio fit substantialis, quæ hinc etiam vniuoca à dialecticis dicitur: requirit autem ea, quæ sunt eiusdem categoriæ: ut homo est animal, iustitia est virtus. Aequiuoca sunt.)

Huiusmodi Aristoteles ὅμωνυμα appellat, quæ co-  
veniunt quidem voce, sed non rei cōmunitate, quæ  
per id nomen significatur: ut mons ille qui Ciliciam à Galatia, Cappadocia ac Armenia dividit,  
Taurus dicit. Item bos mas, & apud Gelliū philosophi nomē est, & apud Diomedem obscenū.  
Hæc vulgo æquiuoca dicuntur: ipsum autem no-  
men ambiguæ significationis æquiuocans. Pos-  
sunt etiam ea quæ æquiuoca diximus vniuoca sie-  
ti, si ad superius quiddam referantur: ut Ajax Tela-  
monis, & Ajax Oilei filius, Aiaces quidem æquiuo-  
ce. Homines vero vniuocē dicuntur. Prædicationes,  
quæ ab æquiuocis fiunt, dialectico (ut ambigua  
oīa) summopere in disputationibus fugientur sunt.  
Postrema forma nominū est quæ παρώνυμα dicuntur  
Græcis, Latinis denominatiua: ea sunt abstractū Denominatio-  
& cōcretum eiusdem significationis: ut sapiens & tiua.  
sapientia, iustus, iustitia. Prædictio autem quæ hinc  
est, denominatiua dicitur & accidētaria: Fit q̄ cum  
accidens subiecto tribuitur, seu cum voces diuer-  
forum prædicamentorum coniunguntur: ut homo  
est iustus, cœlum mouetur. Hæc prædictionum  
forme diligenter sunt commendandæ memorig.

## TRAPEZVNTII

Plurimum em̄ adferunt momēti ad censēdas enī  
tiationes. De pluribus specie differentib⁹.) Differunt  
res trifariā: genere, specie & numero. Genere qui  
dem, quæ aut ipsa diuersa sunt genera, vt ara, vit-  
rus: aut quæ sub diuersis sunt generibus: vt iūstitia  
& astrologia. Specie differūt indiuidua diuersarē  
specierū, seu species sub eodē genere: vt homo &  
canis sub animali: Itē Socrates & Cerberus sub di-  
uersis specieb⁹. numero differūt, q̄ sub eadē spe cie  
infima sunt: ut Cato, Cicero. Sciendū autē est quæ  
cūq̄ genere differūt illa specie & numero q̄q̄ dif-  
ferre: sed ab ampliore distantia differētiam sume-  
re nomē, yeluti q̄ specie differūt, differūt & nume-  
ro, sed priori discrimine tñm notant̄. In eo quod quid

Libro I. ca est.) Existimat Laurētius Valla superuacaneum  
p̄te xx. esse in definitione, in eo qđ quid est, q̄ querentī  
quid sit res non tantū genus reddendū est, sed inte-  
gra finitio: de quare plura vide apud Rodol. Agri-  
colā. Verum si satis est dicere: Genus qđ p̄dicat de  
pluribus differētibus specie, nō video q̄ pacto à  
definitione generis accidetia & differētias excludat  
Laurētius. Species est quæ ponit̄ sub genere.) Speci-  
es Aristoteles ἔδη vocat, Plato ἔδιξε, Cicero in To-  
picis mauult formæ q̄ speciei vocabulo vti, qđ ca-  
sus quidā plurales huius dictionis duri sunt, pro-  
quibus dicit se malle formis & formarum. Spe-  
cialissima est quæ cum sit species.) Specialissima quam  
Laurentius infimam vocat, vocabulum est indi-  
viduis commune & proximum: vt Ciceronem,  
Catonē, Iulium, proxime homo cōpletebitur. Huius-  
modi vero species, author est Porphyri⁹, numero  
esse finitas: sed qui propter multitudinē ac varie-  
tatem sub nostrā cognitionem cadere nō potest.

Quare

Quare numerus quidē est harum aliquis, qui nūt  
q̄ aut crescit aut decrescit, rerum enim manē spe-  
cies & ( vt Plato dicebat) extra singularia, id est,  
in mente diuina ueluti simulacra quædam & ar-  
chetypa: vt in Architecti animo theatri aut ædi-  
ficij alterius absoluta est φύσις, quā ad rem pa-  
randam accommodat. Cæterum Aristoteles di-  
cit id poëticis signis esse persimile, τέτταμα & e-  
nim appellat. In indiuidua scinduntur.) Indiuidua  
sunt singula & vnicā, quę vni soli rei competit: vt  
sunt propria omnia deorū & hominū, in bruis  
etiam nonnulla inueniuntur: vt Cerberus, Pega-  
sus, Balius, Phlegethon. Item omnia astrorum, re-  
gionum, montium, marium, fluuiorū, & vrbiū:  
vt arcturus, Boote, Germania, Olymp⁹, Nilus, Are-  
thusa, Oceanus, Rhoma. Hæc ob id apposui, ne o-  
mnia propria pueri protinus indiuidua putēt. La-  
pidū enim & herbarū propria & si sint, non tñ in-  
diuidua: vt aquila, delphin, moly, smaragdus: sed  
in his circuloquimur indiuidua: vt aurum Cœsi,  
Iouis aquila, Pelias hasta, Sophronisci filius. Ro-  
dolphus Agricola existimat recte species dici in-  
diuidua, quando ad proximā speciem referuntur,  
& infimam speciem genus dici quādo indiuiduis  
comparatur: vt Danubius fluuius est, Cato homo  
est. Cato species, homo genus. Sic etiam apud  
Fabiū usurpata hæc nomina videri possunt, libro  
xii. de genere dicendi, quo loco sic ait: Quos vt ho-  
mines inter se genere similes, differentes dixeris  
specie. Sic & metalli genus dicimus, & aliud her-  
bae genus: genus, videlicet, pro specie usurpantes.  
Et apud Aristotelē sepe eodē sensu usurpanē, vt ge-  
nus pro vniuersali, species vero pro indiuiduo ac-

d s cipia-

## TRAPEZVNTI

elicitur. Communis est quæ separabilis est.) Porphyrius hanc & appellat, ea est quæ quis aut sibi, aut alteri qualicunq; modo dissimilis est: ut apud Homerū, ὁλόβροτος οὐδὲν πάντα, diuersus δὲ hospes mihi apparet. In eo quod est quale essentiæ de.) Aristoteles libro v. τὸ μέτρον τὰ φυσικά vnum esse genus qualitatis asserit, quæ substantiæ differentia dicuntur: ut si queratur, quale animal sit homo, qualis figura circulus, accommodate respondebimus rationale, carentis angulis. Ex quo efficitur nihil aliud esse differentiam, quæ vna est ex quinq; vocibus q̄ qualitatem qua rerum inter se differunt species.

Duplex quæ Aliam qualitatem accidentalē vocat, quia inter se differunt individua: ut Plato & Socrates, q̄ ille iuuenis, hic senex. Differentia est quæ abundantia species à generi.) Species ex genere & differentia constituit, ut si animali addatur rationale, fieri homo. Eo igit̄ q̄ plus est in hominē q̄ in animali, species genus superat, id aut̄ est rationale. Quare abundantia in presentia plus est continere, ut si homo est, necessario est ratio: ut aut̄ animal sit, rationē esse nihil est necesse: sic animal superat corp̄, quod ibi sensus necessario sit, hic non requiratur. Nam si animali addas irrationalitatem.) Id nostri brutum vocant, Græci ζῷον, quod Fabius mutū transfert, perinde ac si sermone magis q̄ ratione homo ab reliquis animalibus differat. Et apparet certe hominem prius αὐγήνει dicit, quod solus inter animantia quæ deus creavit, loqueretur, reliqua aut omnia ζῷα quod sine sermone vitam ducerent. Deinde cum eidem animali altiore mē quandā ingenij vim tributam viderent, λόγος etiam rationem significare cœpit.

Fictio aut̄ nouo verbo.) Cicero libro i. Questionum Academicarū candē prope sententia expressisse

videtur his verbis: Qualitates igitur appellaui quas  
Græci ποικιλίας vocant, quod ipsum apud Græcos  
non est vulgi verbum sed philosophorū, atq; id in  
multis. Dialecticorū vero verba nulla sunt publi-  
ca, suis videntur. Et quidē id commune omnī fē-  
rē est actum. Aut enim noua sunt facienda rerū  
nomina, aut ex alijs transferenda. Quare & Ari-  
stoteles nos vocum securos esse iubet. Ornari (in-  
quit Manilius in opere astronomico) res ipsa ne-  
quit contenta doceri. Ut homini canescere in senectu-  
te.) Ludouicus Vives de corrupta dialectica nota-  
uit hoc exemplū veluti ineptum huic loco: Nam  
si in senectute canescere omni homini, & soli ac-  
cidit, & semper accidet. Non enim Porphyrius ca-  
nescere pro exemplo dedit & explicit in senectu-  
te: sed totum illud canescere in senectute. Sic enī  
Græcis legitur. οὐδὲ τοῦ μόνου, οὐ πατέρων, οὐ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ  
πατρὸς οὐ τοῦ γυργαλίας. Cæterū Plinius author est ho-  
mines in Albania recēter natos canescere. Non in-  
ferret corvo aut æthiopi corruptionem.) Nisi pro Indo  
aut Aegyptio accipiatur, etiā hoc incommodum  
erit exemplū. Est enim æthiops qui nigra & adu-  
sta est facie & tamen aethiop & ð: verum hic non potest  
candidus intelligi: ut nomen æthiopis tueatur.

## DE PRAEDICAMENTIS.

**P**Rædicamentum igitur, est termi-  
norum qui secūdum nullam cō-  
plexionem dicuntur, natura rerum  
coordinatio. Et sunt decē: Substantia,  
quantitas, qualitas, ad aliquid, actio,  
passio,

## TRAPEZVNTI

passio, ubi, quando, situs, habere.

Eorum quæ dicuntur, quædā dici de aliis possunt uti de subiecto, quædā non possunt. Item eorū quæ sunt, alia in subiecto sunt, alia non. In subiecto dicitur esse, quicquid cum in ali quo sit, sine eo esse non possit, & tamen non est pars eius, ut albedo in corpore. Quare quod in alio nō est, substantia est, quod autem in alio est, accidens dicitur. Quæ uero de aliis ut de subiecto dicuntur, uniuersalia sunt. Quæ dici de aliis non possunt, singularia sunt.

Substantiā in primam & secundā partitur Aristoteles. Prima est, quæ neq; de subiecto dicitur, neq; in subiecto est, ut hic homo, hic bos. Secunda est, quæ de subiecto quidē dicitur, sed in subiecto non est, ut homo, bos.

Quādo alterū de altero, ut de subiecto

Substantia  
prima.

Secunda.

DIALECTICA.

iecto prædicatur, quæcūq; de prædi-  
cato dicūtur, omnia etiā de subiecto  
dicūtur. Nam cum animal de homi  
ne ut de subiecto dicatur, substantia, Series præ-  
dicamenti  
substantie.  
cum de animali dicitur etiam de ho-  
mine dicetur, quod in ipsa serie prædi-  
camenti apertius comprehenditur.

SUBSTANTIA.

Corporea.

Incorporea.

CORPVS.

Animatum.

Inanimatū.

CORPVS ANIMATVM.

Sensibile.

Insensibile.

ANIMAL.

Rationale.

Irrationale.

ANIMAL RATIONALE.

Mortale.

Immortale.

HOMO.

Antonius. Cicero. Augustus.

Substantia nō suscipit magis & mi-  
nus. Nulla enim hoc ipsum quod est  
magis

TRAPEZVNTII

magis uel minus dicitur ne quicquā ei contrariū. Verum hæc ita substantiæ propria sunt, ut ei cum quibusdā aliis communia sint. Illud maxime proprium, cum una & eadem numero sit, contraria uicissim suscipiat, ut homo nunc albus, deinde niger. De substantia quidem satis.

Prædicamentum igitur est terminorum.) Prædicamenta sunt ordines & veluti stationes, in quibus res vnius generis collocantur: vt ad vnum locum pertinet omnia quibus substantiæ nomen competit, quemadmodum animantes, stirpes, lapides, aér, ignis, astra, vnius dicuntur prædicamenti: quod his substantiæ nomen apte quadret. Et in ordinibus his alia sunt latiora: alia angustiora latioribus illis subiecta. Veluti in re militari alijs alijs parent, vt Tribunus Imperatori, Tribuno alijs. Quo sit vt nihil aliud sit prædicamentum, quam rerum simplicium ordo, quo cognoscuntur quedam natura esse infima, vt Socrates, Cicero, Vergilius: deinde alia latiora, vt homo, animal, corpus. Postremo amplissimum substantia, vnde totus ille rerū prope infinitarum ordo nomen habet. Veluti exercitus quisq; a suo imperatore. Vocantur autem huius scemodi ordines κατηγορίαι, id est, prædictiōes seu prædicamenta, quod hinc docemur, que voces de quibus necessario prædicentur. Que secundū nullam come-

Iam complexione.) Quæ sunt significatione comple  
xa ad nullum pertinent prædicamentum: ut homo  
iustus, quo substantia significatur vna cum quali  
tate. Quæ autem voce tantum cōplexa sunt, per  
inde ac simplicia ad sua prædicamenta pertinent:  
vt sunt quæ periphrasi proferimus. Et sunt de  
cem.) Scribit Boëtius primum ab Archita Ta  
rentino scriptum esse librum de prædicamentis,  
cui titulus esset Περὶ ἀληθείας: quem apparet Ari  
stotelem legisse ac recognitum pro suo edidisse.  
Sunt autem prædicamenta non re sed ratione di  
screta: omnia enim ad substantiam veluti funda  
mentum referuntur, hoc est, qualitas, quantitas,  
relatio, actio, passio, & cætera: à substantia quidē  
se iuncta esse non possunt. Alia tamen quantitatia  
ratio, alia substantię: vt in uno homine omnia præ  
dicamenta inuenias, quæ singula suis notis distin  
guuntur: veluti si homo est, magnitudinē aliquā  
habebit, hic quantitatem vides. Iam si ingeniosus  
aut rufus, si pater aut filius, si loquatur, si inambu  
let, si domi aut in foro, si hoc aut illo tempore exi  
stat, si stet aut sedeat, vestitus denique aut nudus.  
Singula hæc sunt suis notis discreta, re cōiuncta.  
Fabius libro tertio e prædicamentis locos facit, per  
quos vnamquam materiali duci oportere existi  
mat: vt si de religione thema sit, querendum esse Fabius de  
predicamen  
tis.

Ex prædicamento substantiæ religio quid sit: de  
inde qualis, cui descriptio seruit: & quāta, magna  
ne res sit religio? Item ex relatione, ad quid valeat?  
& ubi sit, in anima ne an in corpore? & quo tempo  
re in vobis consummata esse possit? Rursum quid  
efficiat, quid sustinere possit. Verum huic rei loci  
accōmodatores sunt. Prædicamenta præstata res  
sui

## TRAPEZVNTII

sui cuiusq; generis continere atq; in aceruum colligere. Eorum quæ dicuntur quædā dici de alijs possunt.) Vocabum, aliae significat res vniuersales, vt sunt quinque illæ de quibus nunc diximus: aliq; vero singulares & infimas, quæ de rebus inferioribus dici non possunt: ut Rhoma, Carthago. Accipitur autem subiecti vocabulum vario modo, cuius ambiguitas ne quenquā fallat, paucis hic illius significata recēsbo. Subiectum iraq; in propositionibus est de quo aliquid dicitur, ut cœlum mouetur: hic cœlum subiectum est. Item cui aliquid inest, ut ignis subiectum calor: solum hoc ovoe, id est, essentia vel substantia vocatur. Est etiam subiectum inferioris sub superiori contentum, ut virtuti subiectæ sunt continentia, fortitudo, & cætera, verū in hac significatione variat genus ut reliqua adiectiva. Itē ὑπερέποντα subiecta vocat Aristoteles circa quæ alicuius rei actio vel tractatus versatur, ut sensuū obiecta, & artiū argumentaleu[m] materiæ, quæ ὑπόστασις Græce dicuntur. Item rerum quædam sunt substantiæ & res per se existentes ut arbor aquila, reliqua inherentia sunt: ut virtus, color, magnitudo. Subiectum autem hic pro substantia accipitur, quæ accidentium omnium veluti basis quædam est.

Substantiam in primam & secundam partitum Aristoteles.) Præcipuus prædicamentorum usus est voces simplices finitione complecti: qua de re alijs scriperunt lectu non indigna. Ob id nos hic tantum ea explicabimus quorū Aristoteles, & post eum Trapezuntius capita modo recensuerunt, principio quidem de voce substantia. Ea est apud oīoīa Aristotelē in categorijs oīoīa quod essentia trans-

fetti

Subiecti si.  
gnificata.

ferri potuisset. Substantia enim illi magis responderet videtur q̄ Græci οὐσίαν dicunt. Cæterū verbi insolentia facit ut rarius essentia quam substantia pro οὐσίᾳ dicatur. Habet autē Græca q̄ Latina vox varias significaciones. Est enim cuiusq; rei (vt ita dicatur) quidditas: quo intellectu accidētibus etiam substantiam tribuimus: ut virtutis substantia, motus substantia, quemadmodum Aristoteles in prædicamētis dixit de synonymis, & honorum: sed ratio substantiæ secundum id nomen, & cætera. Verum hic οὐσία essentiā melius quam substantiam transferemus. Omnibus enim rebus competit esse, nō autem subsistere: Dicitur & materia alicuius rei, in qua significatione rectius substantia quam essentiæ nomen usurpatitur: quam diuersum videatur Laurentio, vt si quis calicis substantiam aurum dicat. Item formam rei substantiam vocat Aristoteles: Laurentius qualitatem rectius vocari contēdit. Postremo substantia dicitur res, quæ per se existit, & cui accidentia inhærent: vt homo, arbor, terra, ignis. Hæc diuiditur per corporeum & incorporeum. Incorporeas substantias nos spiritus, Aristoteles vēr, id est, mentes, aut (vt recētores) intelligentias, vocat. Ex his Deus. deus est, quem Græci à θεούσι deducunt, q̄ omnia Angelii. conspiciat. Plato in Cratylo à θεού, id est, currendo Dæmones. dictum vult: huic enim astra dī sunt. Sunt ex eodem collegio Δαλματi, quorum qui boni sunt, εὐστοci & spiritus administratorū dicuntur: mali vero Καρκαδονιούσι, quorum varia leguntur in sacris omnina. Sunt etiam substantiæ incorporeæ animæ hominum immortales. Hactenus de incorporeis. Corporeas substantias suo nomine corpus dicitur, quod

## TRAPEZVNTII

quod aliquoties significat quo anima continetur  
quo sensu à Platone in Cratyllo scriptum est, sūmum  
veluti cū duci, quod sit animæ sepulchrum. Dein

**Corpus.**

de corpus est id omne, quod sub sensum vel sensa  
venire potest, & in quo sunt longum, latum & al-  
tum, quo sensu à Donato accipitur in definitione  
nominis: nō est inquit, pars orationis corpus,  
aut rem significās. Hoc vero aut simplex, aut mix-  
tum seu compositum est. Simplicia autem nume-

**Elementa.**

ro quinque sunt, quatuor elementa, que ideo sic di-  
cuntur, quod hinc reliqua omnia constent: aēr, a-  
qua, terra, ignis: & cœlum, quo nomine intelligit-  
ur quicquid ultra ignem est usque ad mundi ex-  
tremum: quod etiam aether vocatur, vt Aristote-  
les existimat & ἀερίστη, quod sempiterno motu  
voluatur: aut vt Anaxagoras à Græco αἰθέρι, quod  
ardeat, Plato vero in Cratyllo ex quatuor his deduc-  
cit, videlicet, ἀερίστη ὁπερά πλών, quod semper circa aērē  
circunfusus currat. Cōtitat autē in vniuersum de-  
cem maximis orbibus. Nam supremū cœlum &  
& nonum quod crystallinū dicit, recētiōres astrolo-

**Orbi.**

gi inuenierūt. Pendent sub his octo alijs orbes: quo  
rum unus qd astra continent fixa, & τακτική & firma-  
mentum dicit. Cui subiecti sunt septē inferiores,  
in quibus astra illa, quæ per cœlum vaga ferūtur,  
continentur hoc ordine: Saturnus, Iupiter, Mars,  
Sol, Venus, Mercurius, Luna. Haec tenus simplicia  
diximus & præcipuas mundi partes. Sequuntur

**Composita.**

nunc composita, via terra humore spiritu & calo-  
re concreta, e quibus illa sunt, quæ inabsoluta di-  
cuntur: ut sunt grando, nix, ros, pruina, fulgura,  
tonitru, & hoc genus rerum, quæ in sublimi gene-  
rati. Absoluta autē sunt, quos & compositio est si-

**Absoluta.**

mior.

anior. Horum quædam vitam habent, quæ viuen-  
tia dicuntur: reliqua vita expertia, ut metalla, au-  
rum, videlicet, argentum, plumbum, æs, chalybs  
& lapidum species innumeræ. Viuentia sine sen-  
su stirpes vocant: cuius species sunt: arbor, frutex Stirps.  
& herba. Viuens cum sensu, animal nominatur: in Animalia:  
tellectuale quidem, ut homo: vel brutum, id vero  
vel volucre, ut aquila, cygnus, coruus, accipiter:  
& illa, quæ insecta nominantur, ut apes, muscæ:  
aut terrestre, ingrediens quidem, ut bos, leo: aut  
serpens, ut coluber, vipera. Sunt & adhæsa quæ lo-  
co non mouent. Ultimi generis sunt: aquatilia, ut  
lupus, mulus, anguilla. His licet amphibia addas,  
quod genus est castor, rana, phoca. Quando alter-  
rum de altero, & cetera.) Essentiæ prædicatio hic in-  
telligenda est, alioqui canon ille locum nō habet,  
ut si dicatur: Socrates est homo, homo est gene-  
ris communis: id non dicetur, proinde de Socrate,  
q̄ hæc posterior prædicatio ex accidente est, id  
est, voce, non de significatione. Substantia non s̄uf-  
per magis & minus.) Res omnis cuius aliquis termi-  
nus est essentiæ sive, & ad quem cum peruenient,  
habent essentiæ illius nomen, non dicuntur esse  
hoc magis aut min⁹ quod sunt: Quemadmodum  
Cicero de beato dicit, libro quinto tusculanarum  
Quæstionum: Nam & qui beatus est, inquit, non  
intelligo quid requirit, ut sit beator: si est enim  
quiddam quod desit, ne beatus quidem est. Ita sub-  
stantia cum hoc esse dicitur quod est, non potest  
id magis aut minus dici: alioqui non peruenisset Magn⁹ &  
ad perfectionem. Quare grammatici præcipiunt min⁹.  
ea dunitaxat comparari posse, ad quorum perfe-  
ctionem aliquid accedere, aut quibus aliquid de-

## TRAPEZVNTI

trahi potest. Nihil enim aliud est suscipere magis & minus quam comparari, id est, intendi & remitti. Verum si magis & minus accipiatur pro eo quod est potius, similius aut propinquius, tunc substantiae vocabula admittunt has voces: ut magis homines Pygmæi, quam similes & spoggia magis animal, quam planta, id est, propinquior est & magis accedit. Quod si ad essentiam referas, falsum erit: non enim animal est spongia, nec ob id magis aut minus. Nec quicquam ei contrarium est.) Qualitates quæ substantijs insunt contrariae esse possunt, ut in igne calor, in aqua frigus: ipsa autem subiecta diuersa sunt, non contraria.

Quantum.

Quantum autem est, quod diuiditur in ea quæ insunt, quorum utrumque uel singulum, unum quid & hoc aliquid innatum est esse.

Quantitas  
discreta.

Quantitas, alia continua est, alia discreta.

Ac cui Aristoteles.

Continua est, cuius partes communij quodam termino coniunguntur. Eius species sunt: linea, superficies, corpus, motus & tempus. Sic enim princeps ille philosophorū, ac penè solus philosophus in quinto primæ

primæ philosophiæ partitur. In categoriis motum neglexit, locum posuit. Locus tamen ut à physico auditu colligit, superficii species est. Quare patet aut alios secutū, locum à superficie separasse, aut ipsam trinam dimensionem non ut in corpore, sed potius in uacuo intellectissc.

Continuorum per se quidē sunt linea, superficies, corpus: per aliud uero quāta sunt quæ insunt quantis, ut motus & tēpus. Nam etsi hæc ad ea, quæ per accidens quanta sunt, philosophus reducat, ut album quantū, qæ superficies alba, differenter tamen, quod hæc huius sunt prædicamenti.

Discreta quantitas est, cuius partes nullo communi termino coniunguntur. Eius species sunt, numerus & oratio.

Item eorum quæ quanta sunt, quæ  
e s dam

*discreta  
quantitas.*

TRAPEZVNTII

dam cōstantē partibus, quæ inter se positionē habent, quædā uero minime. Dicūtur autē habere positionē, quæ non solū continua sunt, uerum etiā in loca sita permanent, quæ maxime omniū quāta dixerim. Huiusmodi sunt linea, superficies, corpus. Positionē uero nō habere dicūt, quæ non sunt sita alicubi, sed ordinē tantum partium habent, ut numerus.

Quantitati similiter ut substatię, nihil est contrarium: sed illud maxime proprium eius, secundum eam æquale aut inæquale dici.

(Quantum autem est quod diuiditur in ea quæ insunt.) Quantitas vocabulum hic paulo communius erit, quam vulgo usurpatur, ut scilicet magnitudinem unā cum multitudine complectatur. Nam quantus est mons querimus, magnitudinem putantes, & quantum humorum, multitudinem: sed hoc solum in singulari numero. Non em̄ quanti sunt in exercitu milites, sed quot, si numerum velimus, querimus. Quod autem constat magnitudine ac multitudine quantitas, ostendit satis

Quantitas, ea finitio, quæ est ex Aristotelis libro quinto, pri-

ma

in philosophiæ. Quantum diuiditur in ea que insunt. Verbi gratia, ternario insunt tres unitates, in quas illum partiri licebit: & linea tripedalis in tres lineas pedales secari potest. His enim partibus constat tota. Quod si quispiam diuidat integrum in partes illas, quæ sola virtute insunt, non erit diuisio quantitatis: ut si hominem in elementa diuisum intelligamus: haec partes non nisi potestate insunt. Quorum utrumque.) Si in duo tantum diuidamus, aut singulum, si plures fuerint partes. Innatum est esse unum quid & hoc aliquid: ne scilicet intelligamus diuisiōnem in partes essentiales, hoc est, in materiam & formam. Neutrū enim horum natum est manere unum quiddā per se: sed forma si sit, in materia eam esse & materia forma aliqua instructam simili modo necessarium est. Quantitas, alia continua.) Continua quanta, Continuum. est quam nunc magnitudinem diximus, cuius partes coadunatae sunt & ita contextae, ut discedere & frangere opus sit, si diuellere velis: hoc est, cuius partes in omni loco æque haerent. Cuius partes termino quodam communī.) Terminus communis Terminus. unius quidē extrellum est, alterius vero initium, communia. id est, in linea pūctus, in superficie linea, in corpore superficies. Eius species sunt.) Linea quā Cræ Linea. ci pūctum vocat, longitudo est sine latitudine & altitudine, quam mathematici intelligunt fieri ex fluxu pūcti in longum. Est autem pūctum quidam omnis magnitudinis expers, quo terminantur linearum extrema. Superficies seu plana nihil aliud sunt quam corporum latera, hoc est, facies sive apparentia. Aristoteli enim nunc idem dicitur, id est, planum, nunc idem dicitur. Haec in duas

Punctum.

Superficies

## TRAPEZVNTI.

**Libro I. ea.** partes solum lineas habet, ut Gellius inquit, est enim latitudo cum longitudine absque profunditate. Non autem haec ita intelligenda sunt, tanquam uspiam longitudine sit absque latitudine, aut latum

**Corpus.**

**Solidum.**

**Mensuraru-**

**nominia tri-**

**fariam usur-**

**pantur.**

nihil faciat latitudo, nec de essentia longitudinis est profunditas. Nam ut longus sit, verbi gratia, ager centum pedes nihil refert, siue viginti, siue decem, siue unum etiam pedem latitudinis habeat. Sic ad superficie rationem nihil facit altitudo, ut si circulum pingo, non hoc ago, ut profundi habeat aliquid, sed satis est spatium illud linea

rotunda clausum esse. Nascitur autem superficies ex lineæ fluxu in latum, sed sola mathematicorum imaginatione. Tertia species est corpus quod & solidum vocamus, Græce σῶμα vel σῆπον, utrumque enim utitur Aristoteles, id est, quod in omnem partem lineas habet, qua longum, latum & altum est: ut sphæra, cubus, pyramides, cylindri. In his tribus partibus tota est geometria: quare

**Pes longitu-**

**dinis.**

xvi.

4 

**Pes latitu-**

**dinis.**

lxiii.

4 

**Pes profun-**

**datis.**

gnificant: ut si dicamus orbis dimetientem septem esse pedes longa. Nonnunquam pro superficie, veluti cum dicimus, si quadrati latus quodlibet est decem pedum uniuersum ceterum pedes continebit: hic pes areolam significat long: m & latam unum pedem, quem Columella quadratum vocat. Alio quando praeter haec etiam altitudinem: ut si geometer asserat cubum ( id corpus est sex superficiebus quadratis contentum ut tessera ) cuius latus

Satus quodlibet est quatuor pedum , vniuersum constare sexaginta quatuor pedibus: hic per pedem intellige solidum, longum & profundum uno pede, quod accipi solet in ea Geometriæ parte que Ste reometriæ complectitur . Ad hunc modum reliqua omnia mensura vocabula quibus spatia metimur, accipie da sunt. Motus est actus mouentis in re modo Motus. bili: ut ædificatio actus ædificantis in eo quod ædificatur. Tempus quid sit, Ciceroni difficile visum Tempus. est definit aut Aristoteles lib. IIII. de naturali auctoritate, ut sit numerus motus secundus prius & posterius, hoc est, tempus est id, quod colligitur ex priore & posteriore motu cœli: tot enim numeramus annos, quot sunt solis per signiferum conuersiones, tot dies quot primi cœli circa terram raptus tot horæ quot mundi ortæ semuuntur. Macrobius Saturnal. i. capite VIII. Tempus, inquit, certa est dimensio quæ ex cœli conuersione colligitur. Hinc igitur est quod dicitur numerus numeratus. Partes temporis præcipue, sunt hora, dies, mensis, annus: de quibus non indigna lectu collegit in tabella quadam loachimus R. ingelberchius, olim in mathematicis præceptor meus. Locus tamen ut à physico aere dictu colligetur.) Physicorum librū intelligit, inscribitur enim οὐσίας ὀκροδότιων, id est de naturali auctoritate. Meminit huius tituli Gellius lib. Vltimo noctium Atticarum, cap. IIII. In Græcorum commentarijs quatuor priores citantur de principijs, reliqui de motu. Finit autem Aristoteles locum in quarto ad hunc modum: ὡς φυσικὸν τὸ πλανητικὸν τὸ πέρας ἀκλίνει τραβῶν, τὸ διάνοιαν τὸν, id est, continētis extremum primum immobile, id locus est: nimis ambie Locus, tis & circulus limites, quo comprehensum contine-

## TRAPEZVNTII

tur, hoc est, per quē cōtactus est cōprehensiō & cōpr̄hēdēntis: vt concava illa vasis superficies qua humor continetur, & per quem contactus est humoris & vasis, nō vniuersum vas. Sic corporū omnium, quae intra cōclum continentur, locus est causa cōclū lunæ extremitas qua nos spectat ex quo liquidum esse opinor locum, esse superficieis spēcīem. Quare patet aut alios secutum.) Solet Aristoteles errores veterū non ante confutare, q̄ eo loco vbi huiusmodi tractio ex professo agitur. Quare cum ab alijs hanc specierum enumerationem accepisset, in categorijs locum reprehensioni nō putauit. Sed potius in uacuo intellexisse.) Idem autor est in quarto de naturali auscultatione, veteres locū intellexisse totum illud inane spatiū, quo corpus quodpiam teneat potest: veluti si dicamus vniuersum spatiū in quod infra cōclum est, locum elementorum & viuentium. Continuorum per se quidem sunt.) Per se quāta dicuntur quorū partiendi ratio non aliunde petitur, vt longum, latum, profundum. Per accidens autē quorum partibilitas ab alijs ē, vt tēpus motus. Tēpus enim ex motu, motus uero ex spatio, per quod sit partitionē habet.

Discretum. Discretum dicitur quod in tercium est, vt in animalibus ossa discretā sunt, nervi, caro, pellis continua sunt. Species huius sunt, Numerus & oratio. Numerus quidem discretorū mensura, quemadmodum longum, latum, profundum continuorum. Sic dicimus homini in ventre pede & manu esse quinq̄ digitos, & eidē iri cenos binos dētes: quod si pro his continuū esset os, quemadmodū de Pyrtho traditū est, non hoc iā numero sed magnitudine metiremur. Definitor numerus

Quāta per  
se, & quan-  
ta per acci-  
dens.

Discretum.

Numerus.

numerus à Boëtio collectio vnitatū, ut duo, tria,  
quatuor. Vnitas vero non numerus, sed numeri  
principium est. Oratio ut hic sumitur, est syllabarū series & cōprehensio, cuius princī  
piūm ut in numeris vnitatē, syllaba est. Quare si  
quis hanc dictionem homo sōnet oratio erit. Nul  
la autem hic spectatur significatio, nec refert, siue  
significabilis siue non significabilis dictionis sine  
syllabē: sed tantū qua breves sunt aut longg, ut ho  
mo pyrrhichius sit, hominē tribrachys. Species  
huius sunt dactylus, spondeus, & reliqui pedes,  
rhythmi omnes. In duabus his speciebus ari  
thmetica & musica poetica & pars illa in elocu  
tione oratoria de cōpositione consumuntur. Di  
cuntur autem habere positionem.) Dicuntur illa Aristoteles Habere posse  
telī habere positionem, quorū partes adunitæ ali  
cubi sicæ sunt, & quidem manentes. Quare nec  
tempus nec motus huiusmodi sunt, quod horū es  
sēntia in continua abitione sita est, nec numerus,  
q̄ partes non adunitæ sint, nec orationis, quod ut  
temporis, ita huius partes nō manent: sed quēadmo  
dū, Aristoteles inquit: οὐκέπει τὸν τρόπον  
quod dictū est id resumē non potest, & notū illud  
Homericū est: ἵππος πληθύνει προσώπα, id est, alatis ver  
bis affatus ē. Ad qđ Flaccus alludēs: Volat, inquit,  
irreucabile verbum. Sed illud maxime proprium.)  
Aequalitas & inaequalitas ex magnitudinis & mul  
titudinis collatione nascentur, ut numerus nume  
ro, grex gregi, mōs monti aequalis aut inaequalis latus.  
dicitur. Ex hac numerorum magnitudinumq̄ su  
muntur proportiones syllabarū in oratione qua  
de re est apud Ciceronem in Oratore. Copiosissi  
me apud Aldum Manutiū in Grammatica. Sæpe  
etiam

## TRAPEZVNTII

eriam in qualitatum comparatione, ut Oileius  
Ajax Telamonio celeritate inæqualis fuit, forti-  
tudine Hector Achilli. Qualitati enim analogia  
magnitudinem tribuimus.

Qualitas.

Qualitas est secundū quā quales  
esse dicimur. Eius quatuor sunt speci-  
es: Affectio & habitus, naturalis potē-  
tia uel impotētia, passio & passibilis  
qualitas, forma uel figura.

Affectio.

Inter affectionē & habitū hoc in-  
terest, quòd affectio & facilius impi-  
mitur, & citius cōmutatur, ut cū calo-  
re aut frigore, aut sanitate, aut aliis  
huiusmodi homo afficitur. Habitus  
uero permanētior & diuturnior est:  
ut uirtus, ut sciētia, & similia. Quare  
perspicuū est, habitum omnē esse di-  
spositionē quandam atq; affectionē.  
uel quoniā afficit quodāmodo, & di-  
sponit habitus, id cuius ē habitus: uel  
quoniā temporis prolixitate innatæ  
quasi fiunt affectiones quædam, & in  
habitum

Habitus.

**Habitum trasferuntur.**

Naturalis potentia uel impotētia  
dicitur uis quædam insita, uel imbe-  
cillitas qua facilius quicquam aut æ-  
grius uel pati uel agere natura potest,  
ut durum, molle, ualentudinarius, ro-  
bustus, & quæ huiusmodi sunt natu-  
ra insita, non aduentitia.

*Naturalis  
potentia.*

Passiones autē uel passibiles qua-  
litates, sunt non affectiones ipsæ, sed  
ea quibus affectiones efficiuntur, ut  
calor, frigus, albedo, nigredo, amari-  
tudo, dulcedo, & similia, quæ nō ideo  
passiones dictæ sunt, quod subiecta  
earum quicquam ab eis patiātur, ue-  
rum quia sensus immutando affici-  
unt ut amaritudo dulcedo. Colores  
autem magis quod ex motiōe solent  
innasci nobis sic appellati sunt, ut ex  
timore pallor, ex erubescētia rubor:  
quorum qui diutius permanent, qua-  
colores qua  
re passiones  
dicantur.  
litates

TRAPEZVNTII

litates dicuntur: qui citius transeunt,  
passiones. Nam qui rubet, quoniam  
pudet: aut qui pallor, quoniā timet:  
pati aliquid dicitur, rubens autē, aut  
pallidus non dicitur.

Figura uero est, ut circulus, trian-  
gulus, & huiusmodi.

Magis & minus suscipit qualitas,  
sed nō omnis, nec enim circulus aut  
triangulus aliis alio magis est, id  
quod est. Quare id maxime propri-  
um est qualitatis, ut secundum eam  
simile aut dissimile dicatur.

Qualitas est secundum quam quales esse dicimus.) Hoc A-  
ristoteles in hunc modū extulit: ηπίστρεψε τούτην την έργον  
δια πάντας τούτου λέγοντας. In qua finitione à πρώτῳ indefini-  
nitate accipiendū arbitror, veluti si dicat: Qualitas  
est secundū quā aliquis dicitur esse qualis. Agitur  
autē de qualitatib[us] accidentalib[us], unde subiectum nō  
essentiæ suæ, sed alicuius inherentis nomē habet.  
Late hoc prædicamentū fusum est, tū propter va-  
rietas, tum propter copiā rerū, quæ virtutē in eo  
maxima est: id qd Aristoteles in initio huius cate-  
goriæ admonuit: Εστι δὲ τούτου πλεονάχως λειτουργία,  
inquit. Eius species sunt affectio & habitus.) Habitū,  
inquit,

Inquit Cicero, in rhetorice appellamus aliqua in re perfectiōem, aut virtutis, aut artis alicuius perceptionem, aut quamvis scientiā: & item corporis aliquam commoditatem, non natura datām, sed studio & industria comparatam. Sunt igitur habitus, alij corporis, alij animi. Animi, sunt artes siue scientiæ, & virtutes, & quæcunq; his contraria sunt. Diffinitur autem virtus, authore Aristotele *Virtus.*

Ie, moralium libro secundo, sic: *E's IV d'poc h' xp̄itū q̄d s̄p̄cip̄t n̄m̄ p̄ m̄t̄r̄n̄ d̄r̄o, id est, habitus electiōis in mediocritate consistens.* Cicero duas partes virtuti subiecte: unam, quæ in scientia cernitur: alterā, quæ tota in actione consistit, quæ scilicet ad agendum secundum rectam rationem nos incitat. *Huiusmodi sunt iustitia, fortitudo, temperantia. Iustitia* est habitus animi communi utilitate seruata suam cuiq; tribuens dignitatem: vel equitas tribuens uniuicq; quod suum est. *Huic partim subiectae, partim agnatiæ sunt, religio quæ aduersus Deum est, pietas in parentes: item h'g, benevolentia, liberalitas, gratitudo, comitas, ciuitas, e' quibus amicitia nascitur.* Iam innocentia virtus qua quis ab iniuria inferenda coeretur, & vindicatio qua illata à liberis & amicis defendimus. Postremo fides qua creditorum iustitia est, veritas, obseruatio, & si qua plura sunt. *Fortitudo in animi patientia & subeundi periculis cernitur.* Hanc Cicero in *Fortitudo* magnificientiam, fidentiam, patientiam, & perseverantiam, partitur. Definitiones satis obvias sunt. *Temperantia est ratiois in libidinem atq; in alios motus rectos animi impetus firma & moderata dominatio.* Subiecte sunt huic continētia, clemētia, modestia. *Definitiones requiri apud Ciceronem in rhetori.*

*Iustitia.**Fortitudo**Temperantia*

## TRAPEZVNTII

rhetoricis. Sunt loci huius vitia, quæ nihil aliud sunt, quam animi prauitates, i.e. ~~negligentia~~ per quas ad peccata & errores contra rationem incitatur. Horum quædam ē regione & vēluti ex diametro, virtutis aduersa sunt: quædam imitari videntur: veracimicitiam, adulatio: fortitudinem, temeritas: religionem, superstitionem, liberalitatem, effusio: verecundiam, timiditas: iustitiam, acerbitas. Verum hæc non minus vitia sunt, quam illa quæ ex directo cum virtute pugnant. Quæ huc usq; recensuimus voluntatis habitus dicuntur. Intellectus vero sunt: prudentia, sapientia, intelligentia, scientia, ars & his contraria. Sapientiam virtutum omnium principem, Cicero vocat, & bonarum artium matrem.

**Sapientia.** Definitur eodem authore Tusculanarum Questiōnū libro quarto, hoc pacto: Sapientia est rerum diuinarum scientia, & cognitio quæ cuiusq; rei sic causa. Prudentia est rerum fugiendarum ex perendarum ipsientia: huic seruunt memoria & intelligentia, hæc accipiendi, illa retinendi facultas. Huc etiam prouidētia referri potest, virtus per quam animis ad ea quæ futura sunt recte constituitur.

**Prudentia.** Scientia siue ars, est firma alicuius rei notitia longo usu ac exercitatione parata. Harum triplex ordo est, quædam enim sola speculazione continentur, quarum finis est cogitatio, Græci θρονοῦσι, ut scientia rerū naturalium, & artes mathematicæ: astrologia, geometria, & ceteræ. Aliæ sunt quarū finis est actio, sed quæ intra se consumuntur, velut Grammatica, Dialectica, Rhetorica. Postremi generis sunt, quæ mechanicæ dicuntur seu poetice: hæc opus aliquod quod manet & subsensum venire potest, absoluant, ut pictura, res rustica, architectura

chitectura. Huc usq; animi habitus recensuimus. Habitum corporis vero sunt, ad q̄s animus non multū facit, sed que crebra exercitatione membra paratur: ut artus currendi, equitādi, ferendi pōdus, robur quæsitum, ut Milonis Crotoniatæ: item nataudi, cædendi, pugnādi, iaciendi, luctādi peritiae: et oēs in quibus cōsuetudo maiorē habet uim q̄ intellec̄tus. Habitibus Aristoteles adiungit dōctrinæ, nos ad verbū dispositionem reddimus, quæ corporis Dispositiones aut animi sunt affectiones veloces: ut valetudo, sauitas, ægrotatio, morbus, atq; huius species plurime. Fieri em̄ potest, ut ex ijs quis in diuersam valitudinem cito veniat. Sunt etiā affectiones illæ, quæ ad constitutidinē, quasi viam sternunt, sunt q̄ ad habitum quædā accessiones: veluti si quis eloquētis artis præceptiones calleat, ac semel iterumq; in cōcionē dixerit, non tū hunc q̄s illam habere dicimus, sed dōctrinæ. Naturalis potentia vel impotentia dicitur uis quedam.) Sic Fabius dōctrinæ, qua voce Aristo potentia vel teles in qualitate vici, transfert. Sunt autē in hac impotentia, specie ea, quæ rhetoræ nonnulli in personarū circumstantijs dignitates vocant, corporis nimirum aut animi commoda vel incōmoda à natura tributa, quibus dicimur aliquid posse aut non posse: ut homini naturalis impotentia est degendi sub aquis, piscibus diuersa. Nullū genus qualitatis patet isto latius. Omnibus em̄ rebus inest quiddam à natura, q̄ se tueant ac defendant. Hæc in animatibus spectant bifariam: aut em̄ corporis sunt, ut robur, velocitas, fortitudo, natura data, nō parata arte. Animi vero docilis, indocilis, memor, immne mor, facilis, difficilis, tardus: et oēs animæ potest de quibus satis copiose ab alijs scriptum est.

## TRAPEZVNTII

Passiones autem vel passibiles qualitates.) Passiones autem & passibiles qualitates sunt, quibus subiecta modo quodā afficiuntur, sed aliter atq; habitu & naturali qualitate. Hæc enim in subiectis manent, ac resident, illa etiā mouent ac incitant. Quare passibiles dicuntur qualitates, quia passionibus, id est, affectionibus subiecta commouēt, veluti iracundia, si ut motio animi intelligatur, qualis est in homine irato, affectus dicit, seu (ut dialectici loquuntur) qualitas passiva, si vero pro ea proclivitate accipiatur, qua homines alijs alij magis in hanc motionem proni sunt, iam qualitas est naturalis impotentia scilicet. Ita innumera alia, quæ diuerso sensu nunc in hoc, nūc in alio genere collocamus. Sunt autē passibiles qualitates corporis, que cūq; aliquā corporis nostri partē afficiūt, ut calidum, frigidū, eam partē mouent, in qua vis est tangendi. Vocātur hæc vulgo sensuum objecta, suntq; in quintuplici discrimine, proinde ut sunt quinq; in nobis sensus: tactus, gustus, odoratus, visus & auditus. Tactum mouent, calor, frigus, humor, siccitas: quæ ab Aristotele prime qualitates dicuntur. Deinde qe hinc nascuntur graue, leue, lubricum, aridum, durum, molle, crassum, subtile. Gustum vero afficiunt sapores genera: dulce, amarum, salsum, & cetera. Odoratum suaveolentia, graueolentia. Vism, album, nigrū, viride, puniceum. Auditum vero sonus grauis, acutus & medius. Sunt non affectiones ipse.) Nomine affectionis, non intelleges hoc loco animi motiones: sed tensionem, id est, auditionem, tactuēm & reliquas tensiones. Hæc enim pertinent ad categoriam passionis. Tensionis itaque est affectiones illas, id est, tensiones non esse

Passibilis  
qualitas  
corporis.

esse huius loci, sed ea per quæ huiusmodi sunt, id est, sensum obiecta. Colores autem magis quod ex motione solent innasci.) Aristoteles author est libro secundo generatione: colores dici passiuas qualitates, quod ab interna quadam affectione, fiat cur hæc cædida sunt, illa nigra. Ea autem passio nihil aliud est quam qualitatum temperamentum. Passibilis *Animi affectus* qualitates animi sunt, quæ Græci πάθη dicuntur: Cicero morbos animi aliquando transfert, sive prius perturbationes & ægritudines: ut ira, misericordia, inuidia, spes. Hæc differunt à virtutib[us] quod illa mouent, hæc manent. Spectat autem ad eam animi partem, quæ rationis expers est quam ἡρμηνεία Græci vocant. Est autem πάθος, vel ut Aristoteles passiva qualitas, auersa à recta ratione contraria naturam animi commotio. Nascuntur vero ex opinione boni vel mali, futuri aut præsentis. Genere igitur quatuor: lætitia, libido, tristitia, metus: species plures sunt. Lætitia, quæ & voluptas & gaudi *Lætitia* um dicitur, est cum animus opinione præsentis boni effuse & inaniter exultat. Subiectæ sunt huic delestatio, iactatio, malevolentia, ea qua quis lætatur alieno malo inuidiae coniuncta. Libido seu *Libido*, cupidus quæ & spes aliquando dicitur, est immoderata appetitio alicuius opinati boni, cui subiectæ sunt: ira, excuscentia, odium, inimicitia, discordia, indigētia, desideriū. Metus opinio mali est *Metus*, impēdientis, cuius partes sunt: pigritia, pudor, terror, timor, paucor, exanimatio, cōturbatio, formido. Aegritudo est, dum animus turbatur opinione *Aegritudo* magni mali præsentis: sub qua sunt inuidia, temeratio, obtestatio, misericordia, angor, luxuria, mox, ærumnina, dolor, lamentatio, solicitude, molesta.

## TRAPEZVNTII

itia, afflictatio, desperatio. Finitiones harū requi-  
re apud Ciceronem quartā Qyæstione Tusculana  
rum. Has quatuor principes affectiones cōmen-  
dēt pueri memoriae his Boëti⁹ versiculis:

Gaudia pelle,	Nec dolor adsit,
Pelle timorem,	Nubila mens est,
Spemq; fugato,	Hæc vbi regnant.

Quas hactenus enumerauimus qualitates, tam  
corporis q̄ animi, si ut veloces ac citæ accipiant,  
dicūtur Aristoteli πάθη. Latinis affectiones, id est,  
subitæ animi vel corporis mutationes. Corporis:  
ut membrorum horror, titubatio, tremor, pallor ex  
timore, rubedo. Animī vero exandescens: me-  
tus, pudor, timor, &c cætera: quæ si inueterata hæ-  
reant, passiuæ qualitates sunt, ut amor, odium, in-  
uidia, amentia, quoq; quædam inter vitia referre  
licebit. Nam qui ruit, quoniam pudet.) Vide Macro-  
bium in Saturnalibus libro vii. capite xi. & Gelli-  
um xix. capite vi. Figura, inquit Euclides libro i.  
elementorum, est que termino vel terminis clau-  
ditur: termino, ut circulus, sphæra: terminis, ut tri-  
angulus, cubus. Accipitur autem figura pro sola  
terminorum conclusione: ipsæ enim magnitudines  
in quantitatis prædicamento sunt. Figuræ Ari-  
stoteles adiecit πλοῦς μορφæ. Latinis literarum μορφæ  
& transmutatione forma est, quam animatib⁹ tri-  
buunt, quod ea formosa aut deforma dicant. Sunt  
huius loci primum mathematicorum figuræ in  
plano seu solido, deinde animantiū formæ, id est,  
lineamentorum compositio, qualem in homine  
expressit Ouidius: Os, inquit, homini sublime de-  
dit, & cætera: notus enim locus est. Huc etiam vo-  
cabula omnia referenda sunt quibus significatur  
res

Figura.

μορφæ.

Forma.

res solo artificio absolute, ut vestium nomina: pallium, chlamys, tunica, calceus, caligae: ædificiorum etiam, ut domus, theatrum, turris, pons, &c. cetera: & supelleætilium et armorum: ut gladius, hasta, arietes. Vocabula vero rerum quæ artificio quidem inveniuntur, sed perficiuntur natura, ad substantiæ categoriam pertinēt: ut lateres, calx, nitrum, sal, panis. In hoc prædicamento curiositas etiam distinguendi nihil obfuerit. Quare id maxime proprium est.) Similitudo & dissimilitudo *Similitudo*, nascuntur ex qualitatum inter se collatione: ut dissimiles Mitio & Demea. Verum non tam arcte ea vocabulorum obseruantur usurpatio: saepe enim tribuuntur substantiæ, veluti si quis hominem & leonem genere similes dixerit, specie vero dissimiles: ut Fabius lib. xii. ca. x. Quos ut hōes inter se genere dissimiles, differentes specie dixeris.

Ad aliquid sunt, quæcunque hoc *Ad aliquid.* ipsum quod sunt aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud.

Relatiuorum alia equali quadam *Relatiuorum* comparatione consistunt, ut simile, & quale, amic⁹. Alia maiore, ut pater, dominus: Alia minore, ut seruus, filius: Alia uoluntate, ut amicus, inimicus: Alia fortuna, ut domin⁹, seruus.

Relatiua magis & minus suscipi-  
funt,

TRAPEZVNTII

unt, magis nō omnia, sed quę secundum qualitatem dicuntur, & quę fortuna uel uoluntate consistunt. Item contraria nonnulla sunt, ut uirtus uicio, disciplina ignorantiae.

Omnia uero inter se conuerti manifestum est. Pater enim filii pater, & filius patris filius. Sed oportet apte alterum alteri reddere. Nam si quis dicit, aliam auis, quoniam alterum alteri non apte reddit, non poterit conuertere. Non enim in eo quod auis est, sed in eo quod alatū est, ala est.

Casus sunt diligenter seruandi, ut doctrina docti, sed doctus, doctrina doctus.

Ad aliiquid sunt, quę hoc ipsum quod sunt ) πότι Aristotle vocat ea inter quę mutuus est respectus, ita ut utrumq; viriusq; esse dicatur: veluti pater filii, & filius patris esse dicitur, & domin⁹ serui, seruus item domini. Horum id quod prius accipitur relationum, ad quod refertur correlatum vulgo dicitur: duo enim semper esse necessarii est, ob id Aristotle dixit multitudinis numero, sunt. Relatio-

rum,

rum, alia æquali quadam comparatione consistunt.) Late  
hoc prædicamentum patet, vsque adeo ut quibus-  
dam videantur sex reliqua prædicamenta sub re-  
latione concludi posse. Cuius rei Aristoteles non  
ignarus, duplicita fecit relata: ea, quæ nihil aliud  
essent quam respectus, reliqua quæ præter respe-  
ctum vel qualitatem, vel substantiam significan-  
tent: ut caput, remus, vitium, scientia. Quorum prio-  
ra illa relationa per se sunt, reliqua ex accidenti.  
Quæ vero per se sunt seu ut vulgo, secundum esse,  
propter confusam varietatem in species ab Aristotele  
non distribuuntur. Cæterum Trapezuntius  
duas diuisiones nobis tradidit. Prior est, relatiuo Relatiuorū  
rum quædam æquali comparatione consistunt, ea diuisio.  
videlicet inter quæ argumentum à pari sumere li-  
cet: ut venditor, emptor, vxor, maritus, & quæ si-  
mili intellectu dicuntur. Nonnulla vero inæquali,  
vbi alterum altero superius aut inferius est: ut pa-  
ter filio, domin⁹ seruo, doctor discipulo, inter que  
argumenta sumuntur à maiori & minori. Altera  
diuisio, relatiua aut volūtate, aut fortuna fiunt, qui  
bus si adiicias: alia arte, alia natura consumantur,  
perfecta erit diuisio. Natura vero constant quæ ex  
generatione comparantur, ut parēs & proles. Co-  
gnatione etiam, ut avus, nepos, soror, frater, pa-  
triuss. Item affinitate, ut gener, sacer, vitricus, &  
cætera. In his nominibus notandum est, sub mascu-  
lino fœmininum contineti eiusdem cognationis  
aut affinitatis, veluti sub auo aquam, nepote ne-  
ptim, sub vitrico nouercam, priuigno priuignam.  
Naturalis etiam relatio est in proportionibus, ve-  
luti dupla, tripla, quadrupla. Voluntate constant  
relatiua quæ consensu fiunt: ut amicus, hostis,

## TRAPEZVNTII

dux, comes, miles, quatenus officij nomina sunt non dignitatis. Item maritus, vxor, emptor, venditor. Fortuna autem efficiuntur huiusmodi, dominus, seruus, rex, subditus, similis, dissimilis, aequalis, vicinus, supertes, conterraneus, collega, magnum, paruum, multum, paucum. Ex arte sunt praceptor, discipulus & quæ dicuntur similiter, consultor, consultus, gubernator, rector. In hoc predicamento diligenter illud notandum est, non nulla esse relata quorum tam relatio quæ in correlative suum nomen est: ut dominus seruus, pater filius: nam sic redditur pater filij pater, & cetera. Aliquoties ambobus vocabulum est communne, ut cognatus, affinis, amicus, socius: Sic enim dicimus, amicus amico amicus est. Aliqñ vero alterius nullum est nomen, aut non satis viscatum: ut iudex, censor, rector, scientia, caput, remus: in quibus nomina singenda sunt, quo apte referantur: Veluti iudex iudicati, remus remiti. Omnia vero inter se conuerteri manifestum est.) Hoc Aristoteles in huc modum extulit: πολλα τε ηπός τι ηπός ἀριστίσπερον. λέγεται, hoc est, ad conuententia cuncta dicuntur, que sunt ad aliquid. Non enim satis est ex una parte alterum alteri reddere, sed mutuam redditionem esse oportet: hoc est, si primum ad secundum, secundum ad primum referatur, ut seruus domini est seruus, & dominus serui dominus. Casus sunt diligenter seruandi.) Non redit semper secundum ad primum in eodem obliquo, quo primum ad secundum exierat: ut ala alitis ala est, ales autem ala ales dicitur: scientia sciti scientia, scitum vero scientias citum.

Actio

Actio est, qua cum quicquid agi-  
tur in eo quod subiicitur, agere dici-  
tur.

Actioni sex partes subiiciuntur: Ge-  
nerare, corrūpere, augere, diminue-  
re, alterare, loco mouere. Horum sin-  
gulis species subiecte & individua, ho-  
minem uerbi caussa, uel hunc homi-  
nem generare, aut corrūpere. Cremē-  
ti uero & diminutionis species sunt,  
in longum, latū & profundum. Indi-  
vidua hac longitudine, uel latitudi-  
ne, uel altitudine id facere. Alteratio-  
nis, calcfacere, albefacere, cetera que  
huiusmodi. Extremi generis, aliqua  
specie secundū locū motus mouere,  
ut sursum, deorsum.

Actio actioni nonnunq̄ cōtraria;  
ut incēdere, extinguere, quare magis  
ac minus suscipit, sed illud præcipue  
actionis in motu sit. Omnis enim a-

ctio

TRAPEZVNTI

ctio in motu est , & omnis motus in  
actione seruatur.

Passio.

Passio est actionis effectus . Eius  
partes sunt , generari , corrūpi , & cæte-  
ræ quæ actionis esse dicebantur , non  
ut agunt , sed ut patiuntur .

Vbi.

Vbi est quæ à loci circumscriptio  
ne procedit corporis locatio , nō est  
enim idē locus & ubi : nam locus est  
in eo quod capit : ubi uero in eo quod  
circumscribitur . Huic categoriæ ni-  
hil est contrariū , quemadmodū nec  
loco . Et species eius , loci species sunt  
non ut locantis , sed ut locati .

Quando.

Quando est quæ relinquitur ex tē-  
pore rerum affectio . Id diuiditur in  
præteritum , instans , & futurum , quis  
nihil horū sit . Nam cum hæc tria tē-  
pora sint , quando tēpus non est , sed  
affectio , rei quæ fuisse , uel esse , uel fu-  
tura dicitur .

situs

Situs est partiū quædā positio ac <sup>situs</sup> ordinatio, qua stantia, sedentia, aspera, leuia, & huiusmodi dicuntur. Eius species sunt accubitus, sessus, asperū etiam & leue, non ut tactu iudicantur, sed ut positione quadam partiū inter se constituuntur.

Positio non suscipit magis & minus, quamobrem nec contrariū nec enim stare, aut sedere cōtraria sunt, ne uni plura contraria sint. Et quoniam de quocunq; dicitur unum cōtrariorum, & alterum. nam stare de nōnullis dicitur, de quibus sedere recte non dicitur.

Habere dicūtur circa quæ aliquid adiacet, haberi uero, ea ipsa quæ adiūcet. Huius species, armatū esse, anulatum esse. Suscipit autem habere magis & minus, quia etiam contrarium, non ut habitum, sed ut priuationē, ut <sup>Habere.</sup> armatus,

TRAPEZVNTII

armatus, incrmis. Et cū multis mo-  
dis dicatur, quos Aristoteles enum-  
erat, sex sunt: Habere qualitatē, ut di-  
sciplinā: quantitatē, ut proceritatē:  
quæ circa corpus uel corporis partē  
sunt, ut uestem, anūlum: membrū,  
ut manum habere: aut in uafe, ut mo-  
dius habet triticum: possessionē, ut  
domū: aut etiam uxorem, & uxor ui-  
rū habere dicitur, qui modus omniū  
alienissimus est: nihil enim aliud q̄  
simul habitare, ostendere uidetur, ē  
quibus omnibus tertius solum mo-  
dus huius est categoriæ.

Rerum op.  
positio.

Opponi aliud alii quatuor modis  
dicitur: ut ad aliquid, quomodo, du-  
plum, dimidiū: ut contraria, sicut albū,  
nigrū, uirtus, uitiū: ut habitus &  
priuatio, sicut uifus, cæcitas: auditus,  
surditas: motus, quies: ut negatio &  
affirmatio, ut sedet, non sedet.

Contra-

Contraria sunt quæ in eodem genere posita, plurimum distant. Eorum alia mediata alia immediata. Mediata dicuntur, quorum uidelicet alterutrum non est necesse suscepitibilibus inesse, ut album uel nigrum esse corpus quodlibet, necesse non est, poterit enim rufum uel flauum esse. Sanum uero aut ægrum esse necesse est animal, quare sanum & ægrum immediata sunt.

Priuari uero dicuntur, quæcunq[ue] <sup>Priuatio</sup> ea re carent, quæ cum inesse nata est, si cum inesse paret non inest, nec enim uel catulus uisu, uel puer dentibus antequam habere possit, priuatius esse dicitur.

Prius & posterius quatuor modis <sup>Prius</sup> dicuntur: Natura, tempore, ordine, dignitate. Natura id prius est, à quo uerti non potest consequentia, ut si currat,

TRAPEZVNTII

currit, mouetur: quia non retro fit, si  
mouetur, currit, mouere quam cur-  
*In praedica  
mentis.*  
rere prius est. Tempore autem, ut  
Romulus antequam Camillus fuit.  
Ordine, ut exordium in oratione,  
narratione prius. Dignitate ut ho-  
mo brutis, consul prætore. His quin-  
tus accedit apud Aristotelem, quem  
etiam natura consistere opinatur: Is  
est cum eorum quæ mutuo se con-  
sequuntur, unum alterius causa est,  
ut si homo est, uera est qua homi-  
nem esse ascrimus, oratio. Item ho-  
mo & risibile, pater & filius.

*Simul.*

Simul duobus modis, tempore ac  
natura dicitur. Tempore simul, sunt  
quorum generatio ac corruptio in  
eodem est tempore. Natura, quæ-  
cunque mutuo consequuntur, cum  
neutrū alterius causa sit, ut duplū,  
dimidium. Et quæcunque genus ali-  
quod

quod diuidunt, ut gressibile, uolatile,  
animal diuidunt.

Motus species sunt sex, generatio, <sup>Motus sex</sup>  
corruptio, cremen<sup>tum</sup>, diminutio,  
alteratio, locimutatio. Et generatio  
corruptioni, & cremen<sup>tum</sup> diminu-  
tioni opponitur, & quies in loco, mu-  
tationi quæ per locum inest, cui eti-  
am opponitur in cōtrarium locum  
mutatio, ut quæ ad inferiora est, ei  
quæ ad superiora est. Alteratio simi-  
liter in qualitate quies motui oppo-  
nitur, qui uel ex eadē qualitate, uel in  
oppositam qualitatem est, ut in albe-  
dine quies ex albedine, uel in nigredi-  
nem motui opponitur.

Verum de prædicamentis satis.  
Nunc de syllogismo dicendum.

Actio est qua cum quid agitur.) Definitiōne Po-  
retanus, interprete H̄etmolao, his verbis: Actio  
seu factio est forma per quam in materiam subie-  
ctam donominamur agere vel facere. Requirit  
num

## TRAPEZ VNTII

enim omnis actio subiectum in quod tendit, atque  
id pati dicitur: ut qui secat in eo quod secat, dici-  
tur secare. Actio actioni contraria est.) Actioes que  
ex cōtrarijs nascuntur qualitatibus inter se quoq;  
contrarij sunt, ut ex calore calefacere, & frigore  
**Passio.** infrigidare est. Passio est actionis effectus.) Actio o-  
mnis passionem efficit, quare effectum actionis  
passionem esse oportet. Ceterum hoc loco ambi-  
gere quis posset, ad quam categoriam spectent ea  
verba, quorum actio intrase consumitur: ut am-  
bulare, proficisci, saltare, vociferari, loqui, currere,  
natare, volare. In his enim manifestus est motus:

**Questionis**  
**cūfdam**  
**dissolutio.** quare aut actionem aut passionem significabūt.  
Aperta huius rei erit dissolutio, si modo videri-  
mus unde haec vis mouendi oriatur, & animam  
esse que moueat, corpus vero impelli & agi. Ita in  
huiusmodi verbis actionē passioni coniunctā esse  
clarū est. Sic in arboribus crescere, in rebus surdis  
cadere, ascēdere, pati est & agere. Ea quoq; verba  
que ad sensum referuntur, audire, guttare, videre,  
actionis voce passionem significant. Commen-  
dant etiam pueri memoriae, nomina que gram-  
matici verbalia vocant, quoniam modo actiuam  
modo passiuam habent significationem, ad utrū-  
libet categoriam pertinere.

**Vbi.** Vbi est que à loci circun-  
scriptione procedit.) Ex hoc prædicamento est ea de  
nominatio, qua dicitur quippiā alicubi fieri, esse,  
fuisse, aut fore: fuit Cæsar in Gallia. Utique se intelle-  
mit Cato, bellū geritur in Pannonia. Vel ut rudius  
dicatur, quodcunq; respōdemus interroganti vbi  
res sit aut geratur. Quando est que relinquunt ex tem-  
pore.) Id est, denominatio, qua à tempore oritur, ut  
ante fuit Homerus quam Hesiodus, & prius ver-

**Quando.** quam

Quām estas: ante ouū fuit Gallina, sic obijt Olym  
piade quarta, anno ab Urbe condita centesimo,  
et vt Christiani loquimur: Anno à c H R I S T O na-  
to millesimocentesimo tricesimosecūdo. Situs est  
partium quædam positio.) Situs est toti corporis vel Situs  
partium in corpore dispositio. Hic in animalibus  
varius esse potest: rebus inanimatis unus tantum  
est, vt iacet terra, seu pender potius: stant inōtes,  
cautes, saxa, scopuli, arbores: pendent aér, ignis,  
astra: Et in artificialibus, stant turre, domus, tem-  
pla: iacent areæ, lacunaria pendēt. In animalibus  
plures situs sunt, veluti nunc stant, sedent, iacente,  
curua, recta, prona, supina. Singulis etiam parti-  
bus suis est situs, vt vultus humi defixus, facies  
ad cœlum versa, brachia expansa aut coniuncta,  
pedes compositi aut diducti. In summa tota cor-  
poris modulatio, huc referēda est, à qua poētæ pa-  
thos nonnunquam sumunt, vt:

Obstupui steteruntq; comæ.

Et:

Tendebat brachia suppplex.

Item:

Tendens ad sydera palmas.

Huc etiam referē gestum, quem in oratore suo  
Cicero & Fabius volūt, vt sunt status, erectus cel-  
sus, & cetera. Habere dicuntur circa quæ aliquid adia-  
cet.) Habere significat in presentia vestibus aut ar <sup>Habere</sup>  
mis aut ornamento aliquo cinctum esse, vt cin-  
ctus gladio, munitus thorace, galea, fetro, toga,  
anulo, torque. Vocabula huius prædicamenti pri-  
mogenia nō admodum multa sunt: ipsa enim ve-  
stium aut armorum vocabula, ad qualitatis prædi-  
camentum spectat. Hic vero sic singimus bracha

g tum,

## TRAPEZVNTII

tum, togatum, armatum, torquatum, quæ concreta sunt: abstracta vero forent huiusmodi, brachatura, cinctura, & cætera. Suscipit autem habere magis & minus.) Comparari possunt vocabula huius categoriæ, ut armatior eques pedite, & velite caphrattus, & vestitior & armata quam Indus, & cui pallium quam cui lacerna. Qui modus omnium alienissimus sit.) Seu per iocum ab Aristotele videatur dictum hunc esse alienissimum habendi modum, ut si quis non coniugem, sed dominam habeat, aut parum fidam, Martialis in Candidum ludic:

Omnia solus habes, hoc me puto velle negare,  
Vxorem, sed habes Candide cum populo.

Et cuidam obiectum quod illum haberet scortum interpretatio tamen Aristoteles nullum iocum resigit. Opponi aliud alij quatuor modis dicitur.) Oppositiō hic pro rerum simplicium pugnantia accipiatur, quam sic desinunt: Oppositiō pugnantia est duorum non permittentium se in eodem respectu eiusdem. Huiusmodi Cicero contraria vocat, & quæ nunc contraria dicuntur, ipsæ aduersa appellat. Tempore simul sunt.) Corruptionem addere nihil est necesse, nec addidit Aristoteles. Simul enim dicimus esse geminos. Item aliquando simul dicuntur fuisse aut esse, quorū nec ortus nec interitus in eodem tempore est: ut simul fuere, Cicero & Hortensius; Vergilius & Horatius. Loci mutatio.) Huic speciei propriè motus vocabulum competit, reliquis mutacio magis. Nam ē bono malum seu viuente mortuum factū, non motum, sed mutatum dicimus.

DE

Oppositiō  
terum.

## DIALECTICA.

50

## DE SYLLOGISMO.

**S**yllogismus est oratio, in qua ex syllogismis, siis quæ posita sunt, aliud necessario consequitur. Syllogismorum quidam prædicatorii, quidam conditionales.

Prædicatorius est, qui propositiōnibus constat prædicatoriis, qui si tribus enuntiationibus absoluitur, perfectus est: si uero duabus, imperfectus est & enthymema.

Hic perfectum, completum & absolutorum, imperfectum, incompletū ac inabsolutum idem intelligimus.

Syllogismus perfectus tribus constat enuntiationibus & tribus terminis. Terminorum, unum minorem: alterum, maiorem: tertium, medium appellamus. Hos in syllogismo bis sumi necesse est: nam aliter è tribus terminis tres confidere enuntiationes.

TRAPEZVNTIL

nes non possumus.

Medius ergo est, qui cum bis ante conclusionem sumatur, in ea tertio repeti non potest.

Maior uero is est, qui in cōclusiōne prædicatur.

Minor uero, qui in conclusione subiicitur.

*Propositio-  
nes syllogi-  
smi.* Enuntiationum quibus syllogi-  
smus cōstat, unam maiorem propo-  
sitionem, alteram minorem, tertiam  
conclusionem nuncupamus.

Maior propositio est, quæ ex ma-  
iore & ex medio termino constat.

Minor est, quæ ex minore & me-  
dio termino constat.

Conclusio est, quæ permisſis dua-  
bus propositionibus, maiore atq; mi-  
nore, necessario consequitur: in ea  
cum recte infertur, maior terminus:  
cum non recte, minor prædicatur,  
quod

quod quinque modis primæ solum- Figure  
tres.  
modo accidit.

Syllogismorum tres figuræ : pri-  
ma est, in qua medius terminus subi-  
cit in maiore, & in minore prædicat:  
Quis contrà fieri & soleat & possit.

Secunda est, in qua medius termi-  
nus semper prædicatur.

Tertia est, in qua medius terminus  
semper subiicitur. Quas ob res patet  
figurā nihil aliud esse, nisi termino-  
rum ordinem.

Modus in syllogismo, propositi- Modus.  
onum series est, & sunt omnes decē  
& nouem; nouem primæ, quatuor se-  
cundæ, sex tertiae figuræ. In hisce ea  
uerba ponamus, quæ & uulgo ferun-  
tur, & totam hanc rem præ oculis po-  
nunt. Nam etsi barbariem quādam  
resonare uidentur, apertius tamen at-  
que breuius omnia tibi subiicient:

## TRAPEZVNTII

Artis syllogi-  
stice voces  
vula.

Barbara, Celarēt, Darii, Ferio, Ba-  
ralipton,  
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Fri-  
sesmorum,  
Cesare, Camestres, Festino, Baro-  
co, Darapti,  
Felapton, Disamis, Datisi, Bocat-  
do, Ferison.

Vocales qd  
significant.  
  
Barbara.


In his (ut uides) uerbis, quatuor uoca-  
les reperiuntur, quarum A uniuersa-  
lem affirmatiuā significat, E uniuer-  
salem negatiuam, I particularem af-  
firmatiuam, O particularem negati-  
uam. Quare Barbara primum mo-  
dum primæ figurę è duabus affirma-  
tiuis uniuersalibus eiusdem qualita-  
tis & quantatis conclusionem infer-  
re significat, ut:

Bar Omne animale est substātia;  
ba Omnis hō est animal: Ergo,  
ra. Omnis hō est substantia.

Sub-

Substā. Aīal.

Hō.



O

N

Q

Q

Nota.

Signi Omnis.  
Signi Nullus.  
Signi Aliquis.  
Signi Aliq̄s nō.

Resupina, hoc modo, à dō indirecte colligere significant.

Eodem pacto in cæteris omnibus, ubi recte illata conclusio est, præterquam in quinq; postremis primæ indirecte, in quibus minor termin⁹ de maiore prædicatur in conclusione, ut uerbi gratia, Baralipton:

Baralipton.

Substā. Aīal.

Hō.



Bar. Oē animal ē substātia,  
ra. Omnis hō ē aīal: Ergo,  
liptō. Quædā substātia ē hō.

Cesare significat in primo, secūdē Cesare, figurę modo, ex prima uniuersali negatiua, secunda affirmatiua uniuersali, negatiua uniuersalem inferri, hoc pacto:

TRAPEZVNTII

Risibilis.



Afi.


N  
O  
Afi.

Cel- Nullus asinus est risibilis,  
a- Omnis hō ē risibilis: ergo,  
re. Nullus homo est asinus.  
Homo.

DARAPTI.

In tertia figura p Darapti ex duabus affirmatiuis uniuersalibus particularem affirmatiuā inferri hoc patet:

Rōe uti q. aīal.



Homo.

Dar- Quilibet hō ratiōe uti pōr,  
a- Omnis hō animal est: Ergo,  
pti. Quoddā aīal ratiōe uti pōr.

Ex his palām est , nihil ex duabus negatiuis uel particularibus euincire. Et quatuor cōclusionum genera, primis quatuor modis inferri, quorum etiam duo secunda, duo tertia figura cōcludit , illa dupliciter negatiuam, hæc similiter particularem dupliciter ne-

ter negatiuam, hæc similiter particu-  
larem dupliciter. Quare patet, sem-  
per conclusionem deteriori proposi-  
tionum inhærere. Sed figuræ & mo-  
dos syllogismorū facile intellectos  
iri non dubito,

Verum quoniam quatuor primi Reductio  
syllogismorū  
modi primæ figuræ, principatum in-  
ter alios obtinent, aliorum modorū  
omnium diligens ad eos solet fieri re-  
ductio. Ea fit duobus modis: Per con-  
versionem ac cōmutationem propo-  
sitionū, nonnunquam & per impossibi-  
le, id est, cum ad contradictionē ali-  
cuius concessæ, is qui cum disputa-  
mus, compellitur: ac per conuersi-  
onem quidē quo pacto fiat reductio,  
consonantibus quæ in uerbis iā scri-  
ptis sunt, breuiter percipere possu-  
mus. Nam cum quatuor primæ dicti  
ones ab, B, C, D, F, incipiāt, quæ cun-  
g s que

TRAPEZVNTH

que ab B, incipiunt uerba, ad primū:  
que ab C, ad secundum: quæ ab D, ad  
tertium: quæ ab F, ad quartum mo-  
dum prime figuræ reducendum esse  
significant.


*'Artificium  
reducendi  
syllogismos.'*

Præterea ubi cunq; s, litera scripta  
est, propositionem ostendit, quæ uo-  
cali signatur, eam quidem quæ im-  
mediate præcessit, cōuertendam esse  
simpliciter: P, uero litera, per acci-  
dens: M, autē propositiones quas præ  
missas appellant, sic immutandas si-  
gnificat, ut prima secundæ, secunda  
primæ locū occupet: quæ omnia ut  
apertius pateant, exemplis uti non  
alienum est.

Fapesmo ad Ferio reducitur, cum  
ab eadem litera utraque dictio inci-  
piat. Fiat ergo syllogismus in Fape-  
smo sic:

Ani-

Animal, Homo, Lapis.




N

Fap Omnis hō animal ē,  
et Null' lapis hō c: Ergo  
mo. Aliqđ aīal lapis nō c,

Et quoniam P litera, primæ syllabæ, S uero secūdæ inheret, prima propositio per accidens, secunda simpli citer primo uertentur. Deinde quoniam M quoq; ascriptum est, altera in alterius locū transferenda est, sic:

Lapis, Hō, Animal.



Q

Fe Nullus homo lapis est,  
ri Quoddā aīal hō c: Ergo  
o. Quoddā aīal lapis nō c,

Iterum eadem cōclusio illata per primam, in quarto modo est: & huius reductionis, quæ per conuersiōnem sit, proprium est, eandem conclusionem, quemadmodū illius quæ per impossibile dicitur, alicuius contradictoriū inferre, uerū de ea pōst.

Nunc

TRAPEZVNTII

Nunc alia exempla cōgeramus: Ca-  
mestres in Celarent reducitur con-  
uersione simplici secundē, quoniam  
S, post uocalem secundæ syllabæ,  
sequitur, & transpositione proposi-  
tionum, quoniā M, scriptum in di-  
ctione est, ut:



Cam Omnis hō animal ē,  
est Null⁹ lapis aīal est,  
res. Nullus igit̄ lapis hō,

Contēdis non sequi, idq; si aliquo  
illorum quatuor (quoniam probati-  
ores sunt) infereretur, non dubitares.  
Pr̄ponas igit̄ secundam conuer-  
sam simpliciter sic:

Cef Nullum animal lapis est.

a Omnis homo est animal.

re. Nullus ergo homo lapis est.

Quæ conclusio etiam si simplici-  
ter cōuertatur, erit illi eadem cui af-  
fentia

sentiri non poteras.

Item Darapti in Darii sic:

 Dar Quicquid ridet, homo est,  
ap Quicquid ridet, animal est,  
ti. Quoddā ergo animal hō c.

Secunda uertatur per accidēs, quo  
niam P post secundæ syllabę uocalē  
consequitur sic:

Da Quicquid ridet, homo est,  
ri Quoddam animal ridet,  
i Quoddā ergo animal hō est.  
Ac per conuerzionē quidem redu  
ctio quo modo fiat, ex his patet.

Per impossibile uero, secundæ figu  
ræ quatuor modi sic reducūtur: Pri  
mam propositionem reducendi syl  
logismi, primam collocamus. In se  
cundo loco contradictoriū poni  
mus conclusiōis, ex quibus infertur  
contradictoriū secundæ propositio  
nis,

TRAPEZVNTII

nis, quę iā cōcessa ac data fuit. Ita cōpellitur is, quo cū disputamus, uel asserere duo cōtradictoria simul posse ēc uera, quod est impossibile nel prio ri cōclusiōi assentire. Hoc igit̄ pacto primus secundę in quartum primæ.

 Ces Nullus lapis homo est,  
a Quicquid ridet homo est,  
re. Nihil ergo qđ ridet, lapis ē.

Huic cōclusioni tu nō assentis, c-  
rit ergo cōtradictoriū eius uerū: qua  
re fit syllogism⁹ in quarto primę sic:  
Fe Nullus lapis homo est,  
ri Aliquid quod ridet lapis est,  
o. Aliquid ergo qđ ridet, hō nō est.

Dedisti aut̄ quicquid ridet homi-  
nem esse, das ergo impossibile, id est,  
duo contradictoria simul esse uera.  
Sic igitur primus in quartum pri-  
mæ, secundus in tertium, tertius in se-  
cun-


secundum, quartus in primum reducitur. Nam quoniam reducēdis syllogismi maior, id est, prima etiā in eo relinquēda in quē reducitur, deinde oppositū conclusionis in secundo loco ponendum est, primam syllabam distinctionis primæ figuræ sume eiusdem vocalis, & oppositum cōclusionis secundæ syllabę aptes diligentius, & uidebis apertissimè in quem unusquisque reduci debeat.

Ex prima propositiōe igitur secūdē figurę & opposito cōclusionis per hanc reductionem, oppositū secūdæ iā datæ ppositiōis in prima figura interfertur. In tertia uero primo loco conclusiōis oppositū collocamus: deinde ipsam secundā propositionē secundo loco adhibemus, ex quibꝫ sequiſt in prima figura primę propositiōis reducēdi syllogismi uel cōtradictoriū uel

con-

TRAPEZVNTII

contrarium. Quare primo quanta & qualis sit contradictoria conclusiōis considera, & uocali primæ syllabē ali cuius dictionis, quæ in prima figura sit, sic accommoda, ut secunda propositio secundē syllabæ cōueniat. Ita reducitur Darapti in Celarent, Felsen in Barbara, Disamis in Celarēt, Datisi in Ferio, Bocardo in Barbara, Ferison in Darii, hoc modo primus in secundum:



Ce Omnis hō rōnalis ē la Omnis hō animal ē rent. Quoddā igitur ani mal ratiōale est.

Homo.

Cui si non assentis, erit id uerum:  
Dar Nullum animal rationale est.  
ap At omnis homo animal est,  
ti. Nullus ergo homo rōnalis est.

Sed omnem hominem esse ratio nalem

## DIALECTICA.

nalemente, iam datum est, erit ergo duo  
contraria simul vera, quod est imposs-  
sibile. Item quartus in quartum:



Fe- Ois hoc animal rationale est,  
ri- Aliquis homo albus est,  
o. Quoddam ergo album, ani-  
mal rationale est.

hō Quod si non sit, ergo id est:

Da- Nullū albū, animal rationale c̄,

tif- Aliquis homo albus est,

i. Aliq̄ ergo homo animal ra-  
tionale non est.

Sed datum est omnem hominem  
esse animal rationale, dant ergo duo  
contradictoria simul uera, quod im-  
possibile est. Non ignoror duos quoq;  
postremos primæ, in Analyticis in  
duos priores conuerti, uerū id ipsum analyticorum libro priorā primo, capi- te xli.  
difficilius est & parū ad propositum  
nostrum, idcirco negligemus.

Ethēc de reductiōe quę diximus,

h magis

TRAPEZVNTII

magis ad excitanda ingenia q̄ quòd  
ad dicendum multum pertinent ) di  
cta sunt.

Hæc de prædicatorio syllogismo  
sufficiāt. Plura si quis uelit, ex aureo  
fonte hauriat. Aristotelis uolumina  
euoluat: nos(ut instituimus) ad con-  
ditionalis præceptionē trāscamus.

De syllogismo prædicatorio.) Absoluta ea parte q̄  
elementa artis continet, aliam tradit Trapezun-  
tius, quam Græci ιρπηνά, nos iudicij partem dici-  
mus, in qua argumentatio docetur. Ea est oratio,  
Argumenta-  
tio. qua probationē rei probandæ accommodamus,  
per necessariam cōclusionem: cuius quatuor spe-  
cies facit Aristoteles: Syllogismū, Inductionem,  
Exemplum & Enthymema: inter quæ principa-  
tum obtinet syllogismus, ad quem reliquæ ueluti  
ad caput fontis referuntur. Dicitur autem syllo-  
gismus à Græco συλλογισμός, quod computare, collī-  
gere & ratiocinari significat. Syllogismus est ora-  
tio.) Posita, id est, data, cōcessa ac admissa. Est em̄  
apud Aristotelē τιθεντα τινά, id est, ad verbū, qui-  
busdam positis, Gellius vertit consensis & conce-  
sis. Ut enim τιθεντα apud Græcos, sic Latinis positū,  
pro concessio ac dato usurpatur: sic Cicero libro  
de Finibus tertio: Quo proposito & omnium con-  
sensu approbato. Et paulo post: His, inquit, ita pos-  
sus, sequitur magna contentio. Est igitur syllo-  
gismus cum ex duobus pronuntiatis cōcessis, ter-  
tium

Posita.

tium necessario colligitur: ut omnes stulti insanunt. Auari omnes sunt stulti. Hęc duo si admiseris, sequitur velis nolis, auaros omnes insanire. Qui si tribus enuntiationibus absolutur.) Cicero libro primo de inventione perfectam ratiocinationem cōten<sup>Ratiocina-</sup>  
 dit quinq<sup>u</sup> partibus cōstare. Propositionem enim tio quo<sup>t</sup> par  
 atq<sup>ue</sup> eius confirmationem duas partes facit, simi<sup>l</sup>ibus cōstet,  
 li modo assumptionem ac illius rationem. Quin-  
 tam deinde quam complexione vocat. Fabius  
 autem in tripartito manet. Vide vtrung<sup>li</sup> latius &  
 Trapezuntium libro tertio rhetorices. Si uero dua  
 bus imperfectus.) Imperfectum syllogismū Aristote-  
 les vocat, cuius conclusio per se non satis est eui-  
 dens, vt sunt omnes, qui in secunda & tertia figu-  
 ra colliguntur, quorum conclusiones si cum pro-  
 teruo altercatore agas, per sy<sup>llo</sup>gismos primæ fi-  
 guræ sunt confirmandæ. Trapezuntius imperfe-  
 ctum ait se vocare, qui nec completus nec absolu-  
 tus est, id est, cum altera propositionum desidera-  
 tur: perfectum vero in quo duæ propositiones &  
 conclusio sunt. Sic & Aristoteles enthymema  
 imperfectum vocat syllogismum quod proposi-  
 tione constet & consequente. Syllogismus perfectus  
 tribus constat.) Materia syllogismi sunt tres termi-  
 ni, qui singuli bis sumi debet, ut propositiones to-  
 tidem fiat quot termini. Est vero terminus unus, *Terminus*  
 qui medius dicitur: hic sumitur ante conclusionē *medius.*  
 bis, semel in prima propositione, & semel in secū-  
 da. Ob id etiam communis vocatur, & causa con-  
 clusiois, quod per eum sciatur quomodo maior  
 terminus cum minore conueniat aut discrepet.  
 Maior terminus est qui cum medio sumitur in pri<sup>ma</sup> *Maior.*  
 propositione. Minor, qui cum medio in se cū *Minor.*

## TRAPEZVNTII

da sumitur, & qui in conclusione si directe conclu-  
ditur, maiori subiicitur, ut hic:

Omne animal habet sensum,

Mundus est animal:

Igitur Mundus habet sensum.

Medius seu communis terminus, est animal: bis,  
enim sumitur ante conclusionem. Habere sensum,  
maior: Mundus minor. Enuntiationum quibus syllogi-

Pronuntia-  
smus constat.) Pronuntiatorum quibus syllogismus  
zorum in syl componitur, non sunt eadem apud omnes nomi-  
logismo no- na. Nam primum alijs propositionem, vt Cicero:  
mina.

Alijs intentionem, Rodolphus expositionem ap-  
pellat. Secundam assumptionem, concorditer vo-  
cant. Vt rāq Aristoteles πρόσον, sed primam ma-  
iorem, quod maior terminus in ea sumatur: secū-  
dam minorem à minori quoq termino. Ultimam

Propositio-  
nem vero συνέργεια, Cicero complexione, Fabius  
connectionem vocat. Propositionem sic finit Ci-  
cero: Est, inquit, propositio per quam breuiter lo-  
cū is exponitur, ex quo omnis vis oportet ema-  
net ratiocinationis. Estq veluti locus communis  
& hōis quādam, id est, generalis sententia à qua Fa-  
bius etiam argumentationis initium esse vult, vt  
Tyrannos omnes licet impune occidere. Omnis  
loquacitas odiosa est. Artes discuntur exercitatio-

Affumptio-  
ne. Assumptio est per quam id quod ex propositi-

one ad ostendendum pertinet, assumitur, vt So-

Conclusio-  
phistica est loquacitas. Dialectica est ars. Cōple-

xio & vt vulgo cōclusio, est per quam id quod cō-  
ficitur propositione & assumptione breuiter subi-  
citur: vt, Dialectica igitur exercitatione discitur.  
Sophistica odiosa est. Syllogismorum tres figure.) Fi-

gurarum varietas ex eo nascitur quod medi⁹ ter-  
minus

minus nunc in utroq; subiectur, nuc prædicatur, nunc in uno prædicatur in altero subiectur. Quare figura nihil aliud est, quam medi termini legi tima & artificialis dispositio. Prima est, quando medius terminus in prima subiectur, & in secunda prædicatur, authore Aristotele, quod nisi fiat, crit vbi ex propositionibus veris, falsum colligasi ut in secundo modo primæ figuræ, hoc pacto:

Nulla auaritia est effusio,

Omnis effusio est vitium:

Igitur nullum vstium est auaritia.

(Quamvis contra fieri soleat & possit.) Sæpe incides in syllogismos vbi terminus medi<sup>2</sup> in prima propositione prædicatur, & subiectur in secunda, quales oes illi apud Macrobiū libro II. Somniū Scipionis, quibus probatur animæ immortalitas, vt:

Anima seipsa mouer,

Quod seipsum mouet est immortale:

Anima igitur est immortalis.

Etagud Ciceronem quinto de finibus.

Bonum omne laudabile est,

Laudabile honestum est:

Igitur bonum honestum est.


Propter hoc genus syllogismi quidam quartam figuram faciunt, de qua quid censendum sit paulo post dicemus. Barbara Celarent, &c.) His vero Figurayum cabulis ars syllogistica exprimit, excogitauit pri-modi. mus Grece Alexander Aphrodisēsis in singulis figuris, vt: πάθηται ἐπαφέ τραχιλι. Vide eius commētaria in primo priorum.

Latet in his vocibus tota ratiocinandi peritia in omnibus figuris. Primæ figuræ seruiunt dictiones, quæ duobus prioribus versibus continentur:

## TRAPEZUNTII

sed quatuor tantum primæ legitimos ac visitatos modos faciunt. Est autem harum dictionum usus efficere in singulis modis legitimam ratiocinationem, cui rei seruit vocales quatuor: A, E, I, O, quae cum in singulis syllabis una reperitur. Quare si in prima syllaba sit A, significat maiorem syllogismi fore universalem affirmatiuam, si E, universalem negatiuam, i particularem affirmatiuam, o particularem negatiuam. Par ratione secundam syllabam dictiois secundæ seu minori propositioni accommodabis, & tertiam conclusioni: si plures fuerint syllabæ haec otiosæ sunt. Vocabulum igitur Barbara, primum modum prime figure significat, in quo syllogismus fit e maiore, minore & conclusione universali affirmatiua. Nam queuis syllaba habet vocalem A.


Bar. Omne honestū est laudabile,



ra. Omne bonū est honestū: Ergo Schematum



ra. Omne bonum est laudabile. vero quæ apposita sunt, hic intellectus est: solent enim in his se pueri torquere. Si figura rotundis lineis constat, & triplici vertice, primus vertex seu cornu maioris termini locus erit, secundus medijs, tertius minoris. Ex lineis vero seu spatijs primum maiorem propositionem, secundum minorem, tertium quod vtrungq; continet, conclusionem. Estq; hoc



schema tantum prime figure. Si trianguli species est cuius basis supina iacet, vertex supremus medium terminum significat, inferiorū unus maiorem terminum, alter minorem: latera propositiones possidet. Estq; id schema secundæ figure. Triangulus superiori cōtrarius insimo angulo medium terminum significat, reliquis maiorem & minorem,

rem, que madmodū signauim⁹ et elemētis, quoꝝ  
ꝫ maiore terminū, Ꝭ mediū, ꝭ minorem, & nume-  
ris ex quibus i propositionis, & assumptionis, & cō-  
clusionis locū significat. Secūdus modus primæ fi-  
guræ & reliqui oēs, cuiusmodi propositiōibus eō  
stabunt, ipsæ dictiōes satis docēt: ob id exēpla tñ  
apponem⁹, qbus beruitatis grā Trapezūti⁹ sup-

## CELA RENT.

(sedit,

- Ce. Nullum honestum est turpe,  
la. Virtus omnis honesta est: Ergo,  
rent. Nulla virtus est turpis.

Tertius modus & quartus conclusionem effici-  
unt particularē. Prior affirmatiā, posterior ve-  
to negatiā, vocabula sunt Darij & Ferio.

## D A R I .

- Da. Malum omne fugiendum est,  
ri. Quædam voluptates malæ sunt: Ergo,  
i Voluptates quædam sunt fugiendæ.

## F E R I O .

- Fe. Nemo sapiens animi ægritudine afficitur,  
ri. Fortis sapiens est,  
o. In fortē igitur ægritudo cadere non potest.

His adij ciuntur quinque modi, quibus indirecte' modi indire  
seu præpostere concluditur, videlicet dum maior Etiam conclu  
terminus in conclusione minori subiicitur, vt: dentes.

Omne animal est substantia,  
Omnis homo est animal: Ex his inferen-  
Igit oīs homo est substantia. dū erat sic:

Pro qua ea subiicitur quæ ex hac sequitur per  
accidens facta conuersione: Quædam substātia est  
homo. Horum primus est, quando ex maiore &  
minore vniuersali affirmatiua colligitur particu-  
laris affirmatiua, vocabulum est Baralip̄ton. Se-

## TRAPEZVNTI

secundus, qui significatur per dictionem Celantes  
sic colligit:

Ce- Nulla temperantia est vitium,  
lan- Omnis frugalitas est temperantia:  
tes Igitur nullum vitium est frugalitas.

In qua conclusione minor terminus, qui cum  
medio in assumptione sumebatur, de maiore pre-  
dicatur. Reducitur hic modus ad secundam pri-  
mæ figuræ, conclusione versa simpliciter. Nam ex  
quibuscumq; præmissis, seu ē quo cuncti antecedent  
te conclusio quæpiam sequitur, ex h̄sdem conuer-  
sa inferri potest. Veluti ex quibus hoc sequit: Nul-  
lum honestū est turpe, ex h̄sdem & illud: Nullum  
**Regula cō-** turpe est honestum. Canon Dialecticorum est, qd  
**sequentie.** ratè alicuius argumentationis sequit̄ consequēs,  
sequitur ex eiusdem antecedente. Porro hic colli-  
gendi modus admodum rarus est. Indirectam ve-  
ro conclusionem & illam opinamur recte voca-  
ri, quæ veræ conclusioni proxima est, siue quæ ex  
ea sequitur, non quidem conuersione, sed affinita-  
te veri, vt:

Omne bonum est experendum,  
Omnis virtus est bonum:

Manifesta conclusio est:

Omnis virtus est ex petenda.

Pro qua illam subiçere licet: Virtus non est fu-  
gienda, aut: Virtus est coienda. Meminit huius Ci-  
cero libro i. inuentionis de argumentatione. Ma-  
tianus Capella, hanc conclusionem ait vocari *σύν*  
*πίστος*, quod est confinis cōclusio. Verum Aristó-  
teles ea voce pro qualibet cōclusione vtitur. Tres  
reliqui modi indirecte concludentes, cuiusmodi  
sint, docent hæc voces: Dabitis, Fapesmo, Frisesmo  
rum.

rum. Secundæ figuræ quatuor sunt modi omnes negatiui : nihil enim in hac figura ex duabus negatiuis , aut maiori particulari, necessario sequitur . Vocabula sunt Cesare, Camestres, Festino, Baroco.

## CESARE.

Cef Nulla auaritia laudabilis est,  
a Omnis parcimonia laudabilis:  
re. Ergo nulla parcimonia est auaritia.

## CAMESTRES.

Ca Omnis improbus miser est,  
mes Nemo sapiens miser est:  
tres. Ergo nemo sapiens est improbus.

## FESTINO.

Fef Nullus tyrannus temp. recte administrat:  
ti Augustus templicā bene administravit:  
no. Igitur Augustus non fuit tyranus.

## BAROCO.

Ba Qui ex deo sunt, verba dei audiunt,  
ro Iudæi Christi verba audire noluerunt:  
co. Iudei igitur ex deo non sunt.

Tertia figura sex modos habet, quibus illud proprium est, conclusionem semper efficere particularem, & minorem affirmatiuā habere . Vocabula sunt: Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

## DARAPTI.

Da Omnis virtus labore paratur,  
rap Omnis virtus honesta est:  
ti. Igitur honesta quædam labore parantur.

## FELAPTON.

Fe Nemo Græcorum barbarus est,  
lap Omnes Græci mendaces sunt:

h s Ergo

TRAPEZVNTII  
ton. Ergo quidam mendaces non sunt Barbari.

D I S A M I S.

Dif Quidam Germani sunt ebriosi,  
a Omnes Germani sunt fortes:  
mis. Ergo quidam fortes sunt ebriosi.

D A T I S I.

Da Omnis voluptas delectat,  
tis Nonnullæ voluptrates sunt pernicioſæ:  
i. Ergo quædam pernicioſa delectant.

B O C A R D O.

Bo Non omne bellum fugiendum est,  
car Omne bellum calamitosum est:  
do. Ergo quædā calamitosa non sunt fugienda.

F E R I S O N.

Fe Nulla virtus nocet,  
ris Est virtus quæ in dando conficitur:  
on. Ergo dare aliquid nihil nocet.

De quarta  
figura.

Quicunq; præter dictos modos singūtur, o-  
mnes & οὐαλόγιστοι. Sunt qui tribus prædictis quartā  
figuram adiçiunt, in qua medius terminus prædi-  
catur in maiore, & subiçitur in minore, vt:

Socrates est homo,

Homo est animal:

Socrates igitur est animal.

Fortassis hac ratione moti, quod huiusmodi ra-  
tiocinationes non infrequentes sunt, vt apud Ma-  
crobiū secundo commentariorū super Somnio  
Scipionis:

Anima semper mouetur,

Quod semper mouetur est immortale,

Anima igitur est immortalis.

Et

**Et apud Ciceronem quarto de finibus:**

Bonum omne laudabile est,

Omne laudabile honestum:

Igitur omne bonum honestum.

**Et alibi:**

Sapientes sunt fortes,

Fortis non afficitur ægritudine:

In sapientem igitur non cadit ægritudo.

Postremo apud Aristotelem ipsum, & in commentarijs Græcorum super eum fere semper hoc pacto colligitur.

Nos hoc genus argumentationis & si syllogismus proximum est, non tamen plane syllogismum sed soriten seu gradatioem existimamus, nihil enim vetat cum sic inceperis: Socrates est homo, homo est animal, ad quartam vel quintam vel sextam etiam propositionem peruenire, ut tamen genus argumentationis non mutetur: ut Socrates est homo, homo sensum habet, quod sensum habet animal est, animal viuum corpus, corpus substantia, Socrates igitur substantia est. Quam argumentationem nemo recte syllogismum vocauerit, & si Macrobius aceruum illum propositionum de anima ἀκύρως dixerit syllogismum. Omnis enim syllogismus tribus enuntiationibus, nec pluribus: perficitur. Rectius igitur cū Cicerone vbi ad conclusionē gradibus quibusdam peruenitur, Soriten seu acerū vocabimus. Verum si syllogismum esse contendas, vbi ex duabus tantum propositionibus gradatione coniunctis, (ut homo est animal, omne animal est substantia) conclusionem collegaris, nihil repugno, modo

## TRAPEZVNTII

modo in huiusmodi syllogismis minorē primo loco, maiorē secundo meminerimus positā. Non enim semper (ut Cicero admonet) à propositione incipienda est ratiocinatio; sed ab assumptione aut conclusione etiā, quod apud Aristotelem non infrequens est. Nam in hoc syllogismo:

Clodius insidiator est,

Omnis insidiator iure occiditur:

Clodius igitur iure occisus est:

Est quidē talis medijs dispositio, qualē in qua  
ta fingunt: sed maior secūdo loco & minor primo  
posita est. Quas si in suū ordinē redigas, ut omnis  
insidiator iure cæditur, quæ natura ipsa proposi-  
tio est. Deinde assumptio fit per quam id assumi-  
tur, quod ex propositione ad ostendendum perti-  
net: Clodius est insidiator, igitur iure occisus est,  
primam figurā agnosces. Hæc prolixius ostendi-  
*recepta de media*  
mus quo admoneremus iuuentutē, ut si quando  
medius prædicatur in prima & subiçitur in secū-  
da, aut gradationē quandam esse, aut assumptionē  
propositionis, & propositionē assumptionis loco  
posita esse memorerit. Verum quoniam quatuor pri-  
mi modi.) Superius meminimus secundē & tertię  
figurę syllogismos imperfectos haberi, quod nō  
satis evidenter concludant. Quare ut necessaria  
quæ videatur in his conclusio, oēs ad primę figu-  
rā modos quatuor reducuntur. Est autē reductio  
duplex, vna, quā ostensiua vocant: ea fit cōuersio-  
ne propositionum & transpositione, ut scilicet  
maior minoris, & minor maioris loco ponat. Ce-  
terū ut sciatur quis modus secundæ & tertie, ad  
quæ modum primę figurā reducatur, notabis cō-  
sonantem dictionis initialē. Quæ si b̄ est, sicut redu-  
ctio

Ctio ad primum modum, scilicet Barbara: si C, ad Celarent: si D, ad Darij: si F, ad Ferio. Omnes enim ex his quatuor vnam habent initialem. Deinde teneendum est, si S ponatur in dictione, debere propositionem converti simpliciter, quæ notatur vocali, quam S continuo sequitur, si P, per accidens. M vero transpositiōem propositionum significat, & si C in dictione re perit ut præter quam in principio, modum illum non posse hoc genere conuersio ostendit. Verum ut quale sit quod dicimus clariss cernatur, vniuersam rem spectandam oculis, subiecimus. Secundæ figuræ modi reducuntur ad modos primæ, hoc pacto ut sequitur: Primus quidem cuius vocabulum est Cesare, ad secundum modum primæ figuræ, cum quo prima litera conuenit conuersa simpliciter maiore, sequitur enim primam syllabam S:

## CESARE.

Nulla arbor  
est animal,  
Omnis homo  
est animal: Ergo  
Nullus homo  
est arbor.

Secundus vero ad secundum primæ minore & conclusione conuersis simpliciter, & transpositis praemissis: M, enim in dictione positum est:

## CAMESTRES.

Omnis homo  
est animal,  
Nulla arbor  
est animal: Ergo

<sup>ma</sup>  
<sup>cōuer.</sup>  
<sup>simp.</sup>  
<sup>nent.</sup>

## CELARENT.

Nullum animal  
est arbor,  
Omnis homo  
est animal: Ergo  
Nullus homo  
est arbor.

## CELARENT.

Nullum animal  
est arbor,  
Omnis homo est  
animal: Ergo

## TRAPEZVNTII

Nulla arbor      ver. sim.      Nullus homo  
est homo.

Tertius in quartū maiore conuersa simpliciter:

FESTINO.

Nulla arbor      Ver. sim.      Nullum animal  
est animal,

Aliquis homo est      animal. Ergo      Aliqs homo est  
animal. Ergo

Aliquis homo      non est arbor      Aliquis homo  
non est arbor

Modus quartus Baroco hac ratiōe non reducitur:  
sed alia de qua paulo post, atq; ob id in dictione  
C positum est. Cæterum primus modus tertiae fi-  
guræ ad tertium primæ, minore conuersa per ac-  
cidens:

DARAPTI.

Omnis homo est animal.

Omnis homo est ver. per acci. Quædam substā-  
stantia:

Ergo quædam substāria est animal. Ergo quædam  
substāria ē aial.

Secundus tertiae in quartum primæ minore con-  
uersa per accidens:

FELAPTON.

Nullus homo est arbor.

Omnis homo est, Ver. per ac. Quoddā animal.  
animal:

Ergo quoddam aial non est arbor. Ergo quoddā ani-  
mal nō est ar.

Tertius in tertium primæ maiore & conclusione  
versa simpliciter & transpositis præmissis.

DARII.

Omnis homo ē animal.

Quædam substā-  
tia est homo:

Ergo quædam substāria ē aial.

FERIO.

Nullus homo est arbor.

Quoddā animal.  
est homo:

Ergo quoddā ani-  
mal nō est ar.

## DISAMIS.

Quidam homo  
est animal,  
Ois hō est sub-  
stantia:Ergo

ver.  
ma

neue  
sim.

Aliqua substan-  
tia est animal.

Ver.sim.

Ois homo est  
substantia,  
Quoddā aial ē  
homo:Ergo

Quartus in tertium minore versa simpliciter.

## DATIS.

Omnis homo est  
animal,

Quidam hō est  
substantia:

Ergo quædam  
substantia est aial.

Quintus hac reductione non ostenditur. Sextus  
vero a quartum primæ figuræ minore conuersa  
simpliciter.

## FERISON.

Nullus homo est  
arbor,

Quidā homo est  
aial:Ergo

Quoddā animal  
non est arbor.

Per impossibile uero.) Ad impossibile ducimus, Reductio  
cum falsum ostendimus, quod sequitur ex con- ad imposs-  
tradicente illius quod probare volumus, ac bile,  
proinde ipsam contradicentem esse falsam.  
Docent enim dialectici ( inquit Cicero ) si ea  
quæ rem quampliam sequuntur falsa sunt, fal-  
sam esse illam ipsam quam sequantur. Ut peccata  
non

## DARII.

Ois homo est  
substantia,  
Quoddā aial ē  
homo:Ergo

Quoddā animal  
est substantia.

## DARII.

Omnis homo est  
animal,

Quædam substā  
tia est homo:

Ergo quædam  
substātē aial.

Quintus hac reductione non ostenditur. Sextus  
vero a quartum primæ figuræ minore conuersa  
simpliciter.

## FERIO.

Nullus homo est  
arbor,

Quoddam aial.  
est hō:Ergo,

Quoddā aial nō  
est arbor.

## TRAPEZVNTII

non sunt paria. Hoc si velimus per impossibile probare, accipiemus illius contradicentem quæ Argumenta est, peccata sunt paria. Deinde sic, si hoc verum sit ab incompletum dicemus, omnia æqualiter punientur. Hoc modo, autem falsum esse docent leges, quæ grauius paricidam quam adulterum puniunt. Igitur falsum est illud ex quo sequitur nimisrum peccata esse paria. Et si hoc falsum, illud verum est, peccata non sunt paria. Crebrum hoc genus argumentandi Aristotelii, nec iarum Ciceroni præsertim de Finibus & in Tuscula. Questionibus inueniuntur & apud Euclidem multæ ἀπόδοσις eiusdem formæ. Quare puer huius reductionis non erit rudis. In syllogismis vero reducēdis aut probandis (videtur enim magis noua esse probatio, quam necessariæ collectionis examen) sic adhibebitur. In secunda figura si syllogismus factus fuerit, sumetur conclusionis illius contradicens, loco minoris, syllogismi futuri cū maiore, ex quibus fieri syllogismus in prima figura, cuius conclusio erit contradicens illi minori quam aduersarius in priore syllogismo cōcesserat. Quare cogitur priori conclusioni assentire, aut id negare quod ante datum est atque concessum, ut hinc:

CESARE.

Cef Nulli auari sunt fortis,  
a Omnes Germani sunt fortis:  
re. Ergo Germani nulli sunt auari.

Admittit ille cum quo agis propositionem & assumptionem, sed negat conclusionem. Credat igitur neesse est quosdam Germanos esse auaros. Hanc sumam minorem cum maiore superiori syllogismi in hunc modum:

FERIO.

Nulli

## DIALECTICA.

63

Nulli auari sunt fortis,  
 Quidam Germani sunt auari: Ergo,  
 Quidam Germani non sunt fortis.

Iam sic age. Atqui in priori syllogismo concepsum fuit, omnes Germanos esse fortis: quare priori conclusioni velis nolis, cogeris assentire, aut duas contradicentes esse simul veras, qd fieri non potest. Primam syllabam dictionis primae figure.) In alijs exemplaribus legebatur absq; vlo sensu in hunc modum: Primam syllabam primae syllabae sumas eiusdem vocalis, & cetera. Restitui autem ex eo quod sequitur, vbi hoc ipsum docet in tertia figura. Est iij hic sensus: Si cognoscere velis quis mod Secundæ figuræ, ad quem modum primæ figuræ guræ modi reducatur: accommodabis maiorem syllogismi reducuntur reducendi alicui prime syllabæ dictionis in prima ad modos figura, deinde oppositū conclusionis secundæ syllæ primæ figuræ, vt maior propositio in Cesare quadrat cū Cesar. Iarent, vel cū Ferio, sed oppositum cōclusionis in Cesare est particularis affirmativa. Hæc autem secundæ syllabæ respondet in Ferio, non in Celare: quare primus secundæ figuræ modus, in quartum primæ reduci cognoscitur. Camestræ ad Darij, Ferino ad Celarent, Baroco ad Barbara. In tertia figura scitur similiter, nisi qd hic contradictorium conclusionis syllogismi reducendi, respondere debet primæ syllabæ dictionis in prima figura, & minor syllabæ secunde: vt in Ferison conclusionis contradictorium est vniuersalis affirmativa: hæc quadrat primæ syllabæ in Barbara vel Darij, sed minor in Ferison tantum accommodatur secundæ syllabæ in Darij. Non ignoro duos quoq; postremos primæ in Analyticis.) Philosophia est vniuersalium,

i ob id

## TRAPEZVNTII

ob id modi particulares primæ figuræ reducuntur ad modos vniuersales secundæ figuræ, & hinc rursus facta reductione ad modum vniuersalem primæ figuræ. Darij enim ad Camestres, & Ferio ad Cesare, per impossibile quidem si sumatur contradictionium conclusionis cum maiore, e quibus inferatur oppositū minoris in secunda figura. Deinde redditur ad primæ figuræ secundum modū conversione ac transpositione propositionum. Docet hoc Aristoteles in fine primæ resolutiōis prioris.

## DE PROPOSITIO- NE CONDITIONALI.

**C**onditiōalis propositio est, quæ plurimum categoriarum iunctiōne conficitur. Oratio ea triplex est: quæ Si, rationali particula, quæ Vel, disiunctiua, quæ copulatiua Et, aut partibus consimilibus iungitur.

Omnis conditionalis duabus partibus constat, antecedente & consequente.

**Antecedens.** Antecedens est, quo posito, aliud sequatur necesse est.

**Consequens.** Consequens est, quod esse necesse est,

DIALECTICA.

se est, si id cuius consequens est, præcesserit, quod etiam annexum appellatur.

Hæc igitur partes, in rationali quidem (quam & proprie cōditionalem appellat) ordine quodam naturæ inter se referuntur, atque ideo sic nobis descriptæ sunt. In copulatiua & disiūctiua non natura, sed eius qui dicit iudicio disponuntur.

Rationalis siue conditionalis propriæ, si negatiua est, uera ne an falsa sit, ex affirmatione, remota negatione (ut omnes conditionales) cognoscitur. Non si tu es homo, tu es animal, hæc uera est, quoniam affirmatio falsa.

Est autem negatiua hypothetica Negativa.  
quæcunq; negandi aduerbium Hypotheticum.  
conditiōis particule statim propositum  
habet.

## TRAPEZVNTII

Affirmatio  
nua.

Affirmatiua uera est, si consequen-  
tis oppositum antecedēti repugnat:  
falsa uero si non repugnat, ut si ho-  
mo est, animal est: non enim potest  
homo esse, cum animal nō sit. Id pre-  
ceptum iam dictum ad omnes quas  
iuniores consequentias, Cicero sim-  
plices cōclusiones, Grēci εθυμίασται ap-  
pellant, examinandas, recte ne con-  
sequantur an non, plurimū ualet.

Est tamē & alia ratio, qua uera ne  
sit an non rationalis perspiciamus, &  
communis ei cum conclusione sim-  
plici, locorum uidelicet uis atque na-  
Locoru na-  
ture in indi-  
dicanda ar-  
gumentatio-  
ne.  
tura, qua genus speciem sequitur, ef-  
fectus causam, adiunctum id cui ad-  
iungitur, & cetera quæ aut se inuicē,  
aut una ex parte consequuntur. Quæ  
omnia rationis nota in conditiona-  
li adiecta, ipsarum rerum nō solum  
ui, uerum etiam ordine antecedunt,

or con-

& consequuntur. Quare ut altius res  
hęc tota, pluraq; alia recte intelligan-  
tur, omnium locorum uis, ordo, dif-  
ferentia percipienda. Hęc de ratio-  
nali.

Copulatiua uera ea est, si utraque *Copulatiua*  
pars uera: falsa uero, si & utraq; pars  
eius falsa, & si altera falsa.

Disiūctiua autem, cum ueritas in *Disiunctiua*  
eo confistat, ut semper pars altera ue-  
ra falsa ue sit, cum ambę non possint  
ueræ simul esse uel falsæ, necessario  
eas res semper continet, quarum al-  
teram esse necesse est: ut esse, non es-  
se, dies, nox, ægrotus, sanus: præterea  
uiuere, mori, uigilare, dormire in ani-  
malibus, cæteraq; huiusmodi inter  
quę tertiu dari non potest: nā in aliis  
rebus conficta disiunctio, formā tan-  
tum disiunctiuae, non uim possidet.

Quare disiūctiua uera, semper ne-  
cessaria.

TRAPEZVNTII

cessaria est, & uel contraria immedia  
ta cōtinet uel pugnantia, sed nō sem  
per pugnantia ueram disiunctiuam  
constituūt. Hæc enim falsa est: Aut  
homo est, aut animal non est, sequi  
tur enim ex ea, quicquid homo non  
est, id animal non esse, quod falsum  
est. Falsum autem ex uero sequi non  
potest, quāmuis uerum ex falso po  
test, quare in contrariis immediatis  
(appellamus autem contraria, oppo  
sita omnia præter relatiua) in his igi  
tur disiunctiuæ semper uera est, & in  
repugnantibus, si termini sunt æqua  
les. In terminis uero inæqualibus ui  
detur quidem, sed nō est, quod ut fa  
cilius dijudices, quid ponit attende.

*Canon de  
disiunctiis  
indicandis.* Ponit enim disiunctiuæ omnis uel pri  
mam partem solam, uel primæ par  
tis oppositum per rationalem notā  
consequenti coniunctum, uerbi cau  
sa, aut

sa, aut dies est, aut lux nō est: hæc posse uel esse diem, uel si dies non est, lucem quoque non esse: quod cum falso sit, disiunctiva quoq; falsa est.

Illud præterea tenēdum est, è prædictoriis ac simplicibus propositiis, quarum uterque terminus nomen continet, conditionalē fieri. Et omnem rationalem, quæ uerbo esse repetito cōstat simplicem ac categoricam, si quis hinc uerbum auferat quod illi accessit, & si, rationalem particulam, ut homo est animal. Si homo est, animal est. Sed nec categoricas in conditionales transfire, in quibus uerbum solū prædicatur, ut homo est, homo legit, homo disputat: nec cōditionales ad categoriarum simplicitatē peruenire, si partim prædicata diuersa, aut si idem repetitum sit: ut si currit, mouetur: si peperit, cū

## TRAPEZVNTI

uiro concubuit: præterea si homo uiuit, animal uiuit: nā si dies est, lux est: simplex fieri potest, & oēs eiusmodi similes.

Ad hæc, omnis connexa proposi-  
tio duabus cōstat categoricis, uel af-  
firmatiuis uel negatiuis, uel altera af-  
firmatiua uel altera negatiua, qua ex-

*Quatuor  
modi condi-  
tionalium af-  
firmatiuarū* re quatuor fiunt connexarum speci-  
es hoc pacto: Si dies est, ergo lux est:  
si nec illud, nec hoc. Si dies est, nox  
non est: si non illud, hoc igitur.

*Conditionis propositio est.) De propositiōibus &  
syllogismis hypotheticis, ut in præsentia hypo-  
thesim accipim⁹, Aristoteles in ijs quidem libris  
qui extat nihil scriptum reliquit. Cicero in Topi-  
cis modos quosdam præter institutum indicauit,  
q⁹ post eum Boëtius homo in philosophia pera-  
cutus, in commētarijs super Topica Ciceronis la-  
tius explicuit: cuius præceptionibus Trapezunti  
um adiutum esse satis apparebit illi, qui quartū  
& quintum commentariorum librum cum hac  
parte contulerit. Accipitur autem in p̄tertrud⁹ seu cō-  
ditionale, pro quo quis pronuntiato cōnexo, id est,  
ex duobus simplicib⁹ composito: ut neq⁹ bonum  
est voluptas, neq⁹ malum. Si prudentia est, virtus  
est: &*

est: & dies est, & lux est. Quod quidem satis quadrat ubi coniunctione si, duæ simplices propositiones coniunctæ sunt. In alijs hoc nomen videtur parum congruere, nisi in his conditio aliqua dicatur latere: veluti vir est aut mulier, intelligitur si homo est. Sanum aut ægrum est, sed non nisi si animal fuerit. Copulatiua aut non videtur con dictiōis egere, ut cœlum mouetur & terra quiescit. Sin aut perfecta fuerit copulatiua implicita quoque habebit conditionē: vt, dies est & lux est nam sic intelligit, si dies est, lux est. Consequens est quod necessē est.) Hęc verba in omnibus exemplaribus quæ quidē nobis videre contigit, desiderabātur si ne quibus hunc locum mutilum esse quis non videt? Quod aut à Trapezūtio ita vt nos restituimus scriptū sit, satis docet ea Boëtij finitio cōsequētis, quæ est libro IIII. commentariorū super Topica Ciceronis, ex quo Trapezūtius ea fere desumpst, quæ docet de conditionali propositione. Est aut sensus finitionis, id uocari consequens, quod antecedēt posito necessario consequit. Nec refert priore' ne an posteriore loco ponatur: vt dies non est nisi sol supra terrā sit. Posterior pars huius antecedens est, prior consequēs. Vocatur etiam cōsequēns Ciceroni annexū, quo loco sic ait: Cum id quod annexum est negaris, vt id quoq; cui fuerit annexū negandum sit, secundus appellatur cōcludendi modus. Hęc igitur partes in rationali quidē.) Has finitiones antecedentis & consequētis ostendit rectius competere partibus propositionū, quæ proprio nomine conditionales dicuntur, hoc est, quarū partes connexæ sunt cōditione si. In his enim antecedens dicitur, non quidē quod priore

## TRAPEZVNTI

Loco ponatur, sed quod naturali ratione alterum sequatur: ut hominem animal, ratio, sermo, risus, & cætera: quorū respectu homo antecedens dicitur. Ita in hoc genere propositionū, partiū ordo necessarius est. In reliquis autē & copulatiis & disiunctiis, id antecedens quod priore loco, hoc consequens quod posteriore positum est, dicitur.

Rationalis sive conditionalis proprietatis.) Conditionales affirmatiæ sunt, quādō coniunctioni quā principalem copulam vocant, ut sunt: si, autem, &c. eiusdem generis, non adhæret à fronte negatio, alioqui nihil prohibet negationem unam, aut duas etiam propositioni adiunctas esse, ut tandem affirmatiæ dicatur: veluti si animal non est, homo non est: si sanum non est, ægrum est: aut

**Conditionata** homo est, aut rationem non habet. Negatiæ verium ueritas, ro quando coniunctioni præponitur negatio, ut quomodo si non aut bonum aut malum est voluptas: non si standa,

homo est, doctus est: non & beatus est & miser: quæ veræ ne an falsæ sint detracta negatione videbitur. Affirmatiæ uera est.) Ex hoc canone manifestum est, non sumi ueritatem in connexis propositionibus, è partium veritate aut falsitate. Hæc enim vera est: si mundus non est creatus, fuit ab æterno, partes autem falsæ sunt. Locorum uidelicet uis atque natura.) Ea cuiusmodi sit, animaduertitur ex maximis illis, quas Boëtius in singulis locis dialecticis tradidit. Hi sunt *glossæ* *uarii*, quibus docetur quam vim argumenta dicta e locis probandi aut improbandi habeant: ut in loco finitionis: Cuicunque definitio tribuitur, eidem & definitum: & cui definitum negatur, eidem & definitio. Ex cuius loci seu maximæ vi,

hæ conditionales veræ sunt: Si homo est, animal rationale est: aut si rationale animal est, homo est: &c. sed de his copiosius in enthymate dice mus. Copulativa uera est si utraque pars uera est. )

Copulativa propositionis veritatem docet Gellius libro decimo sexto Noctium Atticarum: Quod illi inquit, συμπατιγόνοις nos vel coniunctum vel copulatum dicimus, quod est eiusmodi: P. Scipio Pauli filius, & bis consul fuit, & triumphauit, & censura functus est, & collega in censura L. Mumij. In omni autem coniuncto si unum est mendacium, etiam si cetera vera sunt, totum mendacium esse dicitur. Nam in alijs rebus conficta disiunctio.) Veluti: Aut curris, aut ambulas, aut bis bibis aut canas quod autore Gellio οὐδεὶς ξένος dicitur à Græcis. Possunt tamen huiuscmodi pronuntiata vera esse ex quadam conditione, non quidem naturæ sed casus seu suppositionis: propter antegressam quādam conditionem dicentis: veluti hoc, aut tu me ambitu vicisti, aut mihi dignitate prælatus es quod utrumq; falsum esse potest: sed si alteruter magistratus creatus sit, non plus uno uerum est. Item quod præcipitur plures partes in disiunctiuis veras esse non posse, intelligendum est in his quæ duabus tantum constant parti bus. Enumerationes enim rhetoricae, quoniā pluribus constant, sub hanc legem non cadunt. Sed non semper pugnantia.) Pugnantia sunt quæ simul eidem competere non possunt, ut hominem quamquam esse & non esse animal, aut eundem hominem esse & auem, amicum esse & nocere, eodem tempore Romæ esse & Interamnæ. Quamvis uerum ex falso potest.) Docet hoc Aristoteles lib. II. πρώτη pars

Copulativa  
rum ueritas

Disiunctio-  
rum ueritas.

Pugnantia.

## TRAPEZVNTI

Et in repugnantibus si termini. ) Dicuntur repugnantia in terminis æqualibus, cum ex duobus quæ inter se mutuo consequuntur, alterum sumitur cum negatione, aut cum eo quod habet negandi vim: ut homo & intellectuale, nox & umbra terræ, virtus & honestum convertuntur, horum si alterum sumatur cum negatione aut cum eo quod negandi vim possidet, repugnatio disiunctiva semper est vera ac necessaria: ut homo est aut intellectu caret, nox est aut umbra terræ non est, virtus est aut honestum non est. Repugnantes termini inæquales sunt, dum ille qui altero latior est aut angustior, cum negatione sumitur, ut hominem esse nec animal, iustitiam absq[ue] virute: nec solum tales, sed quicunq[ue] superiore membro non continentur. Huiusmodi vero & si pugnatio etiam sunt, non tamen disiunctivam veram efficiunt: ut homo est, aut animal non est, dies est aut lux non est, animal est aut vita caret, false sunt disiunctivæ. Ponit disiunctiva omnium vel primam partem solam.) Regula est qua licebit fictas disiunctivas, & quæ formam tantum imitantur à ueris secernere. Legebatur autem in exemplaribus veteribus coniunctam, foeminino genere, id quod sensum huius periodi omnino turbabat, Quare sic intelliges, eam solum esse veram disiunctivam, cui primæ partis oppositum per coniunctionem si, apte consequenti coniungitur. Quo examine hanc falsam inuenies, aut dies est aut lux non est. Sume hic primæ partis oppositum, dies non est, coniunge consequenti sic: si dies non est, lux non est: iam hanc falsam inuenis

nis, aliunde enim lumen esse potest. Sic illud, aut homo est, aut animal non est examina iuxta præscriptum, canonem si homo non est, animal non est, falsum etiam hoc est: quare & illud, aut homo est aut animal non est. Illud nō est in quo uerba omnia resoluuntur.) Hanc clausulam totam supereffè extimo, quam si omittas clarum erit quod præcipitur. Videtur autem fuisse fragmentum cuiusdam interpretationis, primum in margine appositum, deinde à librario per inscitiam Trapezutiij verbis interpositum. Si partim prædicata diuersa uerba sunt, aut idem repetitum sit, ut: si currit, mouetur: si peperit, cum uiro concubuit.) Prædicata in conditionalibus sunt duo, unum antecedentis, alterum consequentis: vt si homo currat, mouetur, antecedentis prædicatum est currat, consequētis mouetur. Subiecta namq; intelliguntur in verbis finitis in quibus ut intelliguntur. Hęc autē diuersa sunt, igitur ea cōditioinalis, prædictoria non sit, nisi alterum abiicitur. Abieciimus etiam ex eadem periodo, verba hęc, aut diuersa, quae vitiosę duplicabantur, vt in alijs locis non nullis etiam fecimus. Quod si quis omnis facti mei rationem requirat, conferat vetera ex exemplaria quae in emendata satis circunferuntur, cum nostro labore. Ad hęc omnis cōnexa propositio duabus constat categoricis.) Indicat Trapezuntius quatuor esse formas conditionalium, quae omnes affirmatiuae dicuntur, Nam ea negatiua tantum est, quae coniunctionis, præpositam negationem habet. Prima forma vbi ambæ partes sumuntur absque negatione, vt si dies est lux est. Secunda huic contraria: si lux non est, dies non est. Tertia ex priore affirmatiuae reliqua

## TRAPZ VNTII

reliqua negatiua, vt si dies est, nox non est. Quare  
ta quæ huic contraria, vt si nox non est, dies est.

Verum quoniam propositiones  
(quas repugnates diximus) tertium  
conditionalium modum condunr,  
de his nuc differemus, si prius quæ re-  
pugnantia dicantur, exposuerimus.

Repugnan-  
tia.

Repugnantia dicuntur quæ ita in-  
ter se conferuntur, ut quod unu con-  
trarioru consequitur, reliquo contra-  
rio cōparatur: uel ut unius partis op-  
positum, alterā partem natura conse-  
quitur. Nam cū amicus & inimicus  
cōtraria sunt, quoniam nocendi stu-  
dium inimicitias consequitur, si quis  
amicu studere ut noceat dicit, repu-

Categorica gnātia dicit. Repugnās itaq; proposi-  
repugnans. tio est, quæ repugnātib⁹ terminis aut

Conditiona  
lis repugnās. partibus cōnectit. Terminis categori-  
ca repugnat, ut si dicas inimicū pro-  
desse inimico; partibus, cōditiōalis, q  
fi dua-

## DIALECTICA.

si duabus affirmatiis coniungitur,  
adiecta, si ex duabus negatiis dem-  
pta negatione posterioris partis re-  
pugnans est: si ex altera parte affir-  
mativa, altera negativa, cōditionalis  
composita est, siue negationē dema-  
mus, siue alteri quoq; parti negati-  
onē apponamus, repugnātia efficiun-  
tur: hoc pacto, si dies est, lux non est:  
hęc repugnās propositio est, quoniā  
pugnātibus cōstat partibus, nā luccē  
non esse noctē consequitur, nox aut  
diei opposita est. Quare si pugnātia  
sunt quoties quod cōtrariorū alterū  
sequitur, alteri iūgitur, diē esse & luccē  
non esse, pugnātia sunt. Est aut repu-  
gnans propositio, que his constituta  
est. Hęc ergo, si dies est, lux non est,  
quae eas partes cōtinet, repugnās est.  
Item si animal non est, homo nō est,  
ex hac repugnans sit, si posteriori  
parti

## TRAPEZVNTII

parti negatio dematur, atq; ita dicatur: si animal non est, homo est. Huius propositiōis partes sunt pugnantes, quoniam oppositum unius alteri natura iungitur: est enim animal, si homo est. Item si dies est, nox non est, quod si non est dies, nox est. In his(ut diximus) siue alteri quoq; parti negationem adiicias, siue eam quæ inest, tollas, pugnantes facies: utraq; enim pugnans est, si dies est, nox est: &, dies non est, &, nox non est. Nam & noctem esse oppositum eius sequitur, quod est diē esse: sequitur enim, si dies nō est, noctem esse, & noctem non esse si dies est, sequitur: diem autem esse, ei opponitur quod est, dic non esse, pugnant igitur partes, ergo repugnantes sunt & propositiones. Sed de connexis propositionibus ha  
etenus. Nūc de syllogismo dicamus.

syllo-

Syllogismi quos cōditionales La-  
tine, uel propositiōes appellare pos-  
sumus, tribus constant partibus, p̄  
ositione, assumptione, conclusio-  
ne. Horum septem sunt modi, quo-  
rum tres ē rationali, quatuor ē disiun-  
ctiua & copulatiua oriuntur.

Primus modus est, cum primum <sup>primus mo-</sup>  
assumitur, ut annexum cōcludatur <sup>dū.</sup>  
hoc modo:

Si homo est, animal est,

Atqui homo est:

Animal igitur est. Item:

Si animal nō est, homo nō est:

Non est autem animal,

Non est igitur homo.

Secundus est cum annexum in as- <sup>secundus</sup>  
sumptione tollitur, ut id quoq; quod <sup>modus.</sup>  
antecedit tollatur hoc pacto:

Si homo est, animal est:

Atqui animal non est,

TRAPEZVNTII

Nec homo igitur. Item:  
Homo nō est, si animal nō est:  
Atqui homo est,  
Igitur animal est. Item:  
Si dies est, nox non est:  
Sed est hoc,  
Non illud igitur. Item:  
Si sanus non est, ægrotat:  
Atqui non ægrotat,  
Sanus igitur est.

Tertius  
modus.

Tertius est modus cum propositionis negatiæ conditionalis, quæ repugnantibus aut contrariis cōstat partibus, antecedens affirmatur ut annexum tollatur, hoc modo:

Nō si homo est, animal nō est:  
Atqui homo est,  
Animal igitur est. Item:  
Non si repudiata est, uxor est:  
Sed repudiata est,  
Uxor igitur non est.

Sigui.

## DIALECTICA.

74

Significant autem huiusmodi negatiæ propositiones, impossibile omnino esse, si antecedens est, quod consequens sit, unde & conclusionem necessario semper inferri demonstrant.

Diximus autem è contrariis uel repugnantibus constare partibus huius tertii modi propositiones, quoniam quæ aliter se habent, syllogismum nullum constituunt, neque impossibile significant, posito antecedente non esse consequens. Quare syllogismum inde nullum facimus, sed qui contra fieri posset, eum destruimus, ut pro Milone Cicero: Nisi uero aut ille dicitur in quo Tyberius Gracchus est cæsus, aut ille in quo Caius, aut in quo arma Saturnini, non si è republica oppressa sunt, rempublicam tamē non uulnerauerunt. Nam cum possent aduersarii Milois dicere, si è republi-

Cicero pro  
pro Milone

k a ca fuit

## TRAPEZVNTII

ca fuit cædes Clodii , rempublicam  
non uulnerauit , uulnerauit autem  
rempublicam quoniā aduersus eam  
facta est , ut senatus decreuit , non fu-  
it igitur ē republica , ut Milonis de-  
fensores innuere uidentur . Cicero ,  
non si ē republica fuit cædes Clodii ,  
rempublicam tamen non uulnera-  
uit , opponit : cuius sensus est , ut dixi-  
mus , antecedēte dato , non sequi esse  
uel non esse quod annexum est . Idq;  
probat tribus exemplis , quorum pri-  
mum ( ut in formā suam separatim  
redigatur ) id est , non si ē republica Ti-  
berius Gracchus oppressus est , ille  
dies in quo cæsus est , rempublicam  
nō uulnerauit . Alterū , non si Caius  
ē republica oppressus est , ille dies in  
quo cæsus est , rempublicam nō uul-  
nerauit . Tertium : Nō si arma Satur-  
nini in illo die quo cæsus est , ē repu-  
blica

blica oppressa sunt, rempublicam tamen non uulnerauerūt, quod si hæc ita se habent, potest & Publius Clodius e republica cæsus esse, & rempublicam tamen uulnerasse, cum nulla sit uis in libera ciuitate inter ciues suscepta non contra rempublicā. Hæc diximus latius, ut ille locus qui subobscurior est (cum multa in unū contorta oratione confundat) recte intellegatur, uel ut ex hoc etiā intelligas, quām rudes quamq; ignorantes illi sint, qui sine artificio præclaros oratores scripsisse contendunt: quare si q's artificii expers eos intelligere uelit, is ad nucleū cum nullo pacto peruenire possit, quasi insan<sup>o</sup> contemnēdus esse uideatur.

Duplex ergo negatiuē huiuscemo<sup>di conditionalis sensus est: Vnus ex quo tertium conditionalem syllogi</sup> Repugnan-  
tis negatiue duplex usus  
k 3 smo.

## TRAPEZVNTII

ſmorum modum constituimus: alter ex quo nullum facimus ipſis ſyllogismum, ſed aut factum diluimus, aut ne fiat prouidemus. Prioris exemplum, non ſi dies eſt, lux non eſt, id eſt, non ſequitur, ſi dies eſt, quin lux eſt. Posterioris, nō ſi dies non eſt, lux non eſt, id eſt, non ſequitur non eſſe lucem, ſi dies non eſt. Item, nō ſi homo eſt, albus eſt, non enim ſequitur albū eſſe ſi homo eſt. Ita primus ſensus in iis, quæ ex contrariis uel repugnantibus constant, alter in reliquis habetur.

*Repugnantia dicuntur, que nā inter ſe conſeruntur.)*  
 Repugnantia ſunt, teſte Cicerone, quæ cohærere non poſſunt, ut ſi quis dicat hominē non eſſe animal, auarum eſſe pium, ſapiētes infelices. In hiſ prædicati oppositū ſubiecto vere iungitur, ut ſapiens eſt felix, auarus eſt impius, homo eſt animal. Quæ propositiōes ſi prædictoriæ ſunt, repugnāt terminis, id eſt, ſubiecto & prædicato, ſin cōditio nales, partibus, id eſt, antecedente & conſequente. *Syllogismi quos conditionales Latine.) Syllogismos conditionales afferit propositiōes etiam dici, for*  
*te ob*

te ob hanc rationem, quod propositio syllogismi  
(reste Martiano) plenum argumentum & plenum  
id de quo quæstio est continet: siue quod tam as-  
sumptio quam conclusio (nihil enim extrinsecus  
sumitur) in propositione contineantur, & non ra-  
to sola propositio pro integro syllogismo sumi-  
tur. Quanquam etiam hic locus depravatus vide-  
ri possit, & sic legendus: Syllogismi hypothetici,  
quos conditionales appellare possumus, tribus cō-  
stant partibus. Primus modus est cum primum assumi. ~~Primus modus~~  
Appellant, inquit Cicero, dialectici eam cōclu-  
sionem argumenti, in qua cum primum sum-  
pseris, cōsequitur id quod annexum est, primum  
cōclusionis modum. Exempla sunt: Si dies est, lux  
est. Est autem dies: Antecedens hic assumitur, se-  
quitur igitur, lux est. Item si non est lux, dies quo  
que non est, collige eodem modo: Non est autem  
lux, igitur nec dies. Quod si secundum assump-  
tis, aut antecedēs sustuleris, non fiet syllogismus  
nisi in terminis equalibus, id est, qui se mutuo cō-  
sequuntur, ut si nox est, umbra terrae est: vbi si se-  
cundum sumpseris, primum sequetur, aut si hoc su-  
stuleris, secundum quoq; sustolleretur. In alijs vero  
non eodem pacto se habet. Homo nō est, si animal nō  
est.) Ponitur hic consequens priore loco, antece-  
dens vero posteriore, quod infra fieri posse admo-  
nuimus. Significant autem verba tollere & pone. ~~Tollere.~~  
re, non idem quod negare & asserere. Est enim tol-  
lere oppositum antecedentis vel consequētis ad-  
hibere, id est, si negata erat pars aliqua in propo-  
sitione, negationem tollere: si absque negatione  
illi negationem accommodare, ut si lux non est,  
dies non est: tollitur consequens sic: Est autē dies,

## TRAPEZVNTII

Antecedens quoque, igitur est lux. Ponere vero est immutatum relinquere. Vocatur hic modus Ciceronis à consequentibus quemadmodum superior ab antecedentibus. Tertius modus est cum propositionis.) A repugnantibus hic dicitur, quod propositionem pugnatis partibus constare oportet, ut si homo est, animal non est: cui, ut vera efficiatur, negatio additur. Qua significatur omnino fieri non posse ut consequens sit, si antecedens est, veluti: non si homo est, animal non est: hoc est, impossibile est non esse animal, si sit homo. Fit vero modi huius ratiocinatio, quando antecedens affirmatur, id est, cum negatio quae coniunctioni preposita est, abijicitur: deinde tollatur annexum, ut non si lux non est, dies est: sic assumes: Lux autem non est. Consequens tollendum est sic, dies igitur non est. Diximus autem ē contrarij; uel repugnantibus.) Si tales sunt partes quae nec pugnant, nec necessario cohærent, ut hominem esse & iustum, & doctum quempiam esse ac eundem bonum: in huiusmodi conditionalis negativa tantum significat, nō esse necessarium, id est, posse esse aut nō esse consequens, si sit antecedens: ut non si ad illā veniebat heres, idcirco ab eo occisus est: Non si cum dignitate superasti, ego te ambitu vici: Non si homo est, iustus est. Harum propositionū usus est, quā ostendere volumus aduersarij argumentum esse ad rem probandam parum efficax, nec posse sequi ex eo, id quod intendit, ut in conjecturalibus: In sylva hominem se peluisse visus es, occidisti igitur, sic negabit: Non quicunque alterum in sylvis sepelit, eundem occidit, potest enim id efficeri pietas. Talibus autem propositionibus in hoc modo

modo nihil colligimus, sed tantum obsistimus ad uersario. Ut pro Milone Cicero.) Ut locus hic recte intelligatur, altius quædam repetenda sunt. Cicero in oratione ea longe pulcherrima, qua Miloni (quod Clodium insidianem in via Appia occidisset) patrocinabatur, statim post exordium, aut (ut Fabio placet) in ipso exordio tres aduersariorum obiectiones, quibus tota defensio inutilia reddebat, confutauit. Quarum præcipua fuit (re liquas enim ex ipso Cicerone cognosce) ea prædicatio, qua Senatus cædem in Appia factam contra rempublicam esse decreuit. Quo Senatus cōfulto ipsum quoq; occisorem Milonem præindicio damnatū fuisse, eius aduersarij dicebant. Refutat id Cicero vera interpretatione sententia, qua docet Senatū iudicasse, per cædem illam vulneram quidem esse rempublicā, non tamē per eum qui fecit: ostendens exemplis & iudicatis crimē quidem aliquando improbari, ut tamē autor eius absoluatur, qui voluntatem peccādi remouit. Falsum igitur esse hanc conditionalem orator ostendit: Si ē rempublica fuisset cædes Clodi, id est, si iure cæsus esset Clodius, rempublica non esset vulnerata. Ex qua propositione si colligas in secundo modo (quemadmodum Clodiani faciebant) non valebit syllogismus, vt:

Si Clodius iure cæsus esset, ea cædes nō vulnerasset rempub.

Vulnerauit autem rempublicam:

Igitur non est iure occisus.

Simile enim est ac si sic colligas:

Si doctus est, improbus non est:

Est autem improbus,

k s Igitur

## TRAPEZVNT!!

Igitur non est doctus.

Cæterum Ciceronis verba sic habent: Cur igitur incendiū curiæ, oppugnationem ædiū M. Lepidi, cædem hanc ipsam contra rempub. Senatus factam esse decreuit? Quia nulla vis vñquam eit in libera ciuitate suscepita inter ciues, non contra rempublicam. Non enim est villa defensio contra vim vñquam opranda, sed nonnunquam est necessaria. Nisi vero aut ille dies in quo Tyb. Gracchus est cæsus, aut ille quo Caius, aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiā si è republica, tempore tamen non vulnerauerunt. Legit autem Trapezūtius pro dictione etiamsi, non si, quod quanquam huic præceptioni magis congruat, haberet tamen eundem sensum ea lectio quam nos modo citauimus. Nā negatio illa qua tres cōditionales negantur apud Ciceronem latet in particula nisi, quam hoc loco accipies pro eo quod est nō si. Erit itaq; hic sensus: Non si è republica fuerūt cæsi Tyberius & frater eius, & Saturnini arma oppressa: rempublicam non vulnerauerunt: ita quoque fieri potuit, vt Publius Clodius iure cæsus sit à Milone, & tamen respublica per cædem vulnerata sit. Omnis enim vis est contra rempublicam, quam qui à ciubus, aut liberis, aut suo capite arcet, iure id facit & quidē permisso legis. Nisi vero aut ille dies in quo Tyberius Gracchus.) De morte horum fratrum vide Plutarchum in vita Gracchorum: & de Satur. apud eundē in vita Marij, & Appianū de bello ciuili. Aduersarij Miloni.) Fuerunthi, T. Munitius, Q. Pöpeius, C. Sallustius. Patroni vero: Cicero, Hortensius, Marcus Cato & nonnulli alij, auctor Asconius. Nō si è republica fuit cædes Clodij.) Le gebatur

gebatur hoc ab *sq̄ negatione*, cui repugnat quod dicitur, opponit: hoc est, obſtit aduersario ea pro positione negatiua: Non si ē republica cæſus est Clodius, temp̄ publicam non vulnerauit. Cuius pro positionis sensus est, non esse necessariū si sit ante cedens, esse consequens. Cæterum orator eam orationē non expressit, sed in tribus illis exemplis, ē quibus sequitur vi similitudinis, intellexit. Poteſt & P. Clodius cæſus ē & rempub. tamen vulnerasse.) In veteribus exēplaribus legebatur negatio ante verbū vulnerasse, ex quo torus hic locus obscurus, & precepto repugnans reddebat, nos abieciimus eā.

Verum hoc tertio ratiocinatiōis modo breuissime inferūtur (Cicero ne teste) quæ ad Herennium ipſe cōria appellat, Cræci ἀνθυμα per excellētentiam dicunt nam cum omnis sententia ἀνθυμα Græce dici possit, hæc maxime quæ sunt acutissima, nomē commune tanquā propriū possederunt, qua ratione Aristoteles etiam motus, omnem imperfectam ratiocinationem ἀνθυμα uocat, est enim ratio acutior absoluto syllogismo simplex conclusio, quāto bretuor. Verū enthy-

*enthymema  
ta.*

## TRAPEZVNTII

enthymemata rhetorū quæ acutissima sunt, nescio qua ratiōe impulsus Boëtius, tertii modi solam esse contēdit propositionem in commentariis quos super Ciceronis Topica edidit, maxime cum Cicero ex contrariis hæc conclusa dicat, & ipsa ratio nihil acutius dici ostendat quod in se uim rationis contineat. Quare circuitu (quem Græccæ ~~πεδιόδον~~ appellamus) uti, proprium orationis maxime, multi dicunt. Quoniam is orationis uno contextu breui ac coacto propositiōnis, rationis ac conclusionis uim absolutior quidē ipsis uerbis continēs, imperspectior colligit. Ut ergo circuitus magnam idcirco uim habet, quoniā argumentationem totā breuius & occultius, & uno spiritu absolvit, sic enthymemata (quo rhetores maxime laudamus, si ea facile ac copio-

se vbi

se ubi oportet, utatur ratione) cōclu-  
di credendum, quod & Cicero innu-  
it pressius, ut pleraq; solet, cum dicat  
ex cōtrariis concludi. Quare nō erit  
syllogismi propositio, ut Boëtius  
sentit, sed conclusio simul ac assum-  
ptio enthymema, quod ut aperti<sup>o</sup> pa-  
teat, exēplo latius enodetur: Quos cū  
plures essent, uicimus: eos pauciores  
timemus: Pugnātia hæc sunt utrius-  
q; ratiōe, & quoniā posterior pars præ-  
cedentis oppositū cōsequitur: & quo-  
niā præcedenti posterioris opposi-  
tū annectitur: quāmuis & uerba ipsa  
plures ac pauci, uincere ac timere cō-  
traria sunt. Modum uero conclusi-  
onis hunc, tā in contrariis quām in re  
pugnantibus fieri diximus. Quare &  
enthymema quod assumptione &  
conclusionē constat, huiusmodi est:  
**Quos cum plures essent uicimus,**  
**eos pauci.**

TRAPEZVNTII

eos pauciores timemus : deinde assu-  
mamus, sed eos cum plures essent ui-  
cimus, eos ergo pauciores non time-  
mus . Huius ratiocinationis assum-  
ptio in enthymemate primo ut de-  
bet, posita est. Conclusio uero cū ne-  
gatiuē inferri debuisset, absq; negati-  
one quidē, sed cū interrogatione pro-  
lata est. tener enim plerunq; interro-  
gatio negatiōis uim. Ita enthymema  
*Enthymema  
tis et simpli-  
cis conclusio-  
nis affini-  
tas.*  
huiusmodi ad simplicē conclusionē  
redire uidetur, quā(ut diximus) Ari-  
stoteles enthymema uoluit appella-  
ri. Differt tamē ab ea nō solū acuita-  
te, ac uirib' quas maiores possidet hic  
modus, sed etiā quoniā uis illationis  
apertissima ibi, occultior hic, ac ideo  
animum facilius elabitur, ac labefac-  
et, quod omniū propriū est, in qui-  
bus artificiū magis later additū . Hic  
autem ita reconditū est, ut nō rudes

solum, sed etiam qui in rhetorica pro-  
ficiuntur ac docent, omnino fugiar,  
quos tamen rectius quis factores quā  
rhetores appellauerit, qui & si nō ma-  
gis grati quām rudes sunt, tamē quo-  
niam cupimus hæc omnibus esse no-  
tissima, alia cōgeramus exēpla: Qui  
se amicis inexorabilem præbet, is erit  
placabilis inimicis? Hęc oratio cōtra-  
riis partibus iūcta est, ex hac in tertio  
modo ratiocinatio fiet hoc pacto:

Nō q̄ se amicis inexorabilē præ-  
bet, is erit placabilis inimicis,  
Sed is se amicis inexorabilē præ-  
bet: (cis.)

Nō is igit̄ erit placabilis inimi-  
Item hoc metuere, alterum in me-  
tu non ponere. Hoc enim ita breuius  
in Topicis posuit Cicero, nos latius  
atq; apertius absoluamus. Paucos in-  
terficere ciues metuis, totam rempu-  
blicam

TRAPEZVNTII

blicam interire nō metuis? Hic simili-  
liter contraria, metuere & non metu-  
ere. Omnia opposita præter relatiua  
sæpius cōtraria solent nominari. fiat  
igitur ratiocinatio in tertio sic:

Nō & paucos interire ciues me-  
tuis, & totam rem publicam  
interire non metuis?

Sed paucos interire ciues metu-  
Totam ergo rēpub. interire (is,  
magis metuis.

Magis, adiecimus, ut ostēderemus  
crescere nōnunq̄ enthymema, & ma-  
ioris ac minoris uim acutius subo-  
stēdere. Non enim quemadmodum  
dialectici distinctiuis ratiocinationis  
partibus positis, atq; simplicius (ut  
in hoc opusculo docendi caufsa feci-  
mus) sic oratores separatis atq; inte-  
gris partibus argumētationē conclu-  
dūt. Nam id ut docēti necessariū, sic

ab eo

## DIALECTICA.

98

ab eo qui dicit alienissimum, sed confusis nonnunquam partibus plerunque aliis neglectis, aliis mutatis, aliis mancis, pressius quod uolunt & acris complectitur. Quod & princeps ille non solum intelligendi, sed etiam dicendi Aristoteles factit. Verum Aristoteles qui docet, nisi rem omnē ordine suo in lucem efferat, uel quoniam ignorat, uel quoniam inuidia laborat, omnia sic confundit, ut auditores descendant potius, quam discant: quod ita esse hoc signo maxime perspicies, quod cum multos annos docuerint neminem tamen doctrinam effecerint. Verum id ignorantia ita fieri magis quam inuidia, id signi est, quod nihil unq̄ huiusmodi homines saltē gloria sempiterni nominis scripscrunt. Nihil enim magis doctrinam hominis quanta sit monstrat, quā multa re-

I. Et c. scri-

TRAPEZVNTII

cte scribere. Quemadmodum nihil magis ignorantem hominem prodit, quam nihil ex se recte dicere, ad aliena semper confugere, ac cum ad sua redire cogitur, labi ac concidere. Non enim memoriam (ut pueri) ostentare, sed docere debemus. Quare nos, qui hæc & docendo & scribendo in lucem proferre conamur, facimus, qui & si fraude ignorantie (qua multa per pessi sumus) uexati, tamen hæc studia desiderantibus, non gravabimur quale sit quod dixim' e Cicero ostendere, ut ad similem diligentiam exemplo ac doctrina cæteros impellamus.

Verum hoc tertio ratiocinationis modo.) Ciceronis verba in Topicis sic habent: Ex hoc (de tertio modo conclusionis loquens) sunt illa rhetorum ex contrarijs cōclusa, qui ipsi enthy memata appellant: non quod non omnis sententia enthy mea dicatur, sed ut Homerus propter excellētiā commūne poētarum nomē efficit apud Græcos suum: sic cum

cum omnis sententia enthymerma dicatur, quia  
 videtur ea, quae ex contrarijs conficitur acutissi-  
 ma, sola proprie commune possidet. Qui ad He-  
 rennium ipse contraria appellat.) Locus est apud Cice-  
 tone m (si modo ipse horum librorum author est)  
 libro quarto ubi definit hoc modo: Contrariū est **Contrariū**,  
 quod ex rebus diuersis duabus alteram breuiter  
 & facile confirmat, hoc pacto: Nam qui suis ratio-  
 nibus inimicus fuerit semper, cum quomodo ali-  
 enis rebus amicū fore speres? Et alibi: Nam quod  
 scis prodest, nihil igitur quod nescis obest? In his  
 si dicendi vis animaduertatur, est syllogismi con-  
 ditionalis assumptio cum conclusione in tertio  
 modo collecta omissa propositiōe. Hæc enim ter-  
 tij modi propositio est: Non si quod scis prodest,  
 quod nescis non obest. Ex eo assumatur affirmati-  
 ve in tertio modo antecedens hoc pacto: Id autē  
 quod scis prodest, conclusio: Nihil igitur quod ne-  
 scis obest. Item: Non si vitam Clodij nolitis iudi-  
 ces, mortem vlcisci debetis. Vitam autem nolitis,  
 assumptio est. Conclusio vero hæc: Mortis igitur  
 non eritis vltores. Quam argumentationem Ci-  
 cero elocutionis venustate ac dicendi fulgore ita  
 obruit, ut qui non paulò altius inspiciat nudā ex-  
 positionem putabit. Sic enim ait: Eius igitur mor-  
 tis sedetis vltores iudices, cuius vitā si putetis per  
 vos restituī posse, nolitis. Nescio qua ratione impul-  
 su Boëtius tertij modi solam esse contendit propositionem.)  
 In huiusmodi enthymermatis Boëtius elocutionē  
 solam attendit, ac ob id non ratiocinationes, sed  
 propositiones tantum asserit esse tertij modi, eo  
 quidem intelligendi modo nō male. Sic em quin-  
 to libro commentarij in Topicis Ciceronis scr̄p-  
 tis

## TRAPEZVNTII

bit: Sed quia nō totus (vt supra posuimus) in hi-  
argumentationibus ponitur syllogismus, sed pro  
positio, cuius assumptio & conclusio notae sunt,  
& siccirco dicitur enthymema quasi brevis ani-  
mi conceptio. Hæc ille. Quare circuitu quem Græcè  
~~πλέον~~ appellamus.) Cicero in Oratore πλειον trā-  
fert ambitum, circuitum, comprehensionē. Item,  
continuationem & circumscriptionem. Fabius li-  
bro nono, circunductum & conclusionem & clau-  
sulam appellat. Habet autem πλειον & duplē in-  
tellectum: vnum, quo (Donato teste) significam⁹  
omnem orationis contextum, in quo integer est  
sensus, cui⁹ partes sunt: ἀντίκτυπα & κόμματα: vt o. M. Dru-  
se tu dicere solebas, sacram esse rempublicā, qui-  
cunq; eam violasset, ab omnibus esse ei pœnas  
persolutas. Alterum vero, quo certa cuiusdam elo-  
cationis forma intelligitur, quam Aristoteles tee-  
tio Rhetoricorum libro, sic finit: οὐ γάρ πλειον τὸ  
περὶ τοῦ πολιτεύοντος τελευτὴν αὐτὸν τὸν ξεῖθεν αὐτὸν τὸν κατεύθυνθον, id est, circuitum voco compositionem,  
qua ipsa per ipsam principiū habet & finem, ma-  
gnitu lineāq; mediocrem, hoc est, circuitus con-  
stat partibus mutuo à se dependentibus, quarum  
nulla extra contextum sententiam absoluta: qua  
le illud Ciceronis est pro Milone: Postremo nisi  
eum dī immortales in eam mētem impulissent,  
vt homo effeminatus fortissimum virum con-  
retur occidere, hodie nullam rempublicam habe-  
tatis. Hoc tribus membris ita connexū est, vt nul-  
lum per se sententiam absoluta: Est autem huic cō-  
traria quæ dicitur absolutio, cum vnumquodque  
orationis membrum absolutam sententiam con-  
tinet, vt illud Ciceronis, pro lege Manilia: Dicen-  
dum

## Periodus.

## Absolutio.

dum est de Gn. Pompei singulari eximiaq; vir-  
tute: huius autem orationis difficilius est exitum  
quam principium inuenire: Ita mihi non tam co-  
pia quam modus in dicendo quærendus est. Sed  
quod ad hunc locum attinet, ait Trapezuntius rhe-  
torum enthymemata ita efferti, ut partes non ita  
distincte anima iuertantur quomodo in argumē-  
tationibus dialecticis, sed ita plerunq; latere, ut vī-  
deatur oratio expositioni, quam argumentationi  
similior. Probat id similitudine sumpta à cōsuetu-  
dine oratorum, apud quos laudantur ambitus, q;  
in his cōtinui spiritus pronuntiatio usq; ad finem  
requiratur: ita quoq; in huiusmodi enthymemata  
conclusio & assumptio sunt, etiā si lateat elocu-  
tionis artificio. Pugnantia hæc sunt utriusque ratione.)  
Superius vide repugnātia dupliciter definita. Hęc  
autem utrāq; ratione pugnantia sunt, & quod po-  
sterior pars: Timere pauciores, antecedentis op-  
positum quod est vincere plures, sequatur & po-  
sterioris oppositum: scilicet, pauciores non time-  
re, antecedenti cohætere possit. Memineris autem  
(quod & Cicero admonet) huiusmodi propositio  
nibus ut veræ fiant adiiciendam esse negationē,  
aut ut plurimum interrogatione, in qua negandi  
uis est, esse proferendas. Quāmūn uerba ipsa plures  
& pauci vincere ac timere repugnant.) Si pro verbo re-  
pugnant, contraria sunt, legas & quod sequiē, hoc  
pacto. Modum vero conclusionis hunc, tam in cō-  
trarijs quam in repugnantibus fieri diximus, sen-  
sui & præceptioni quadrabit, alioqui nullus erit  
sensus. Ita enthymemata huiusmodi ad simplicem conclusio-  
nem.) Trapezuntius hoc dicit, huiusmodi enthymemata,  
que ex contrarijs constant, hactenus cō-

## TRAPEZVNTII

venire cum simplici cōclusione, quam enthyme-  
ma vulgo vocamus, quod quemadmodum maio-  
re aut minore semper constat cum cōclusione: ita  
enthymema ex contrarijs, assumptione & cōclu-  
sione. Quos tamen reatu sōtēs & rhetores.) Agno-  
minatio seu *προσφρόντια* est ex cōmutatione prin-  
cipij dictiōis. Hoc enim ita breuius in Topicis posuit Ci-  
cero.) Ciceronis exempla hunc habent, non hoc,  
potestq; (Boetio teste) ad Lētulum & Cethegum  
referri. Magis adiçimus.) Sunt enthymemata, que  
etsi ex contrarijs constant, tamē à maiore aut mi-  
nore verius ducta videri possunt. Quale est illud:  
Perdere an possum rogas, seruare potuis? Vide Ro-  
dolphum libro 1. de comparatis. Non enim quemad-  
modum dialectici.) Docet id Cicero etiam in rhetori-  
cis his verbis: Variare autem orationem magnō-  
pere oportebit. Nam omnib; in rebus similitudo  
est satieratis mater. Id fieri poterit, si nō similiter  
semper ingrediamur in argumentationē. Et pau-  
lō pōst: Deinde, inquit, in ipsa argumētatione nō  
semper à propositione incipere, nec semper quin-  
que partibus abuti. Meminit & huius rei Fabius,  
de vsu argumētorum libro quinto: Exemplorum  
apud eruditos scriptores satis magna copia est.

Aristoteles  
dicendi etiā  
peritum.  
Quod & princeps ille non solum intelligendi, sed etiam di-  
cendi Aristoteles.) Hinc facile liquet Aristotelem in  
dicēdo valuisse plurimum, quod nec facultas nec  
studium viro defuit. Diligentiam enim & curam  
in dicendo, & si non alia, satis tamen declarat illa  
cum Isocrate æmulatio, & cum eodem in dicens  
certamen. Deinde quod arti oratoriae plura at-  
tulit adumenta ( teste Cicerone ) quam rhetores  
ipsi. Ingenio vero tam inclito ac diuino quid dee-

rat quo minus potuisset? Cui (si reliqui specteret  
 scriptores) acrimonia fuit aut sola, aut summa.  
 Huius rei non ignarus sapientissimus regum Phi-  
 lippus, aureum illud orationis flumen fundes (vt  
 Ciceronis utar verbis) filio suo Alexandro acciuit,  
 vt ab eo non agendi modo, sed & dicendi præce-  
 pta acciperet. Quies si fraude ignorantiae qua multa per  
 pessumur.) Pro eti, nisi legebatur, dictionem ta-  
 men, adiecimus propter sensum. Quod si minus  
 placet, habes quod sequaris: nobis absque hac mu-  
 tatione parum plena periodus videbatur, nec in-  
 teger sensus. Cum autem hunc locum secundo le-  
 gilsem, vt prelo libellus redderetur, commodum  
 incidimus in exemplar quoddam scriptum, quo  
 Trapezuntij commentarijs liber aphorismorum  
 Ptolomæi de astrorum significationibus enarra-  
 tus est, nobis antea nunquam visum: qd dum cur  
 sim perlegere mihi, repperi locum vbi Trapezuntius  
 a potelesmata astrologorum vera asserere nititur  
 experientia, atque adeo suæ ipsius viæ & fortu-  
 næ expositio: vbi ea, quæ sibi in vita accidissent,  
 do cert conuenire cum horoscopo, dum ipse nasce-  
 retur à paréribus obseruato. Venit autem (vt ipse  
 scribit) e Creta insula, quam patria habuit, in Ita- Georgius  
 liam, vna cum coniuge & liberis. Quod ob id ap- Trapezun-  
 posui, quia vulgatum est, eum Trapezunte in cui- tius Creten-  
 tate Afric natum fuisse, quem errorem & ego in sis fuisse,  
 vita eius exponenda securus eram. Deinde in Itali-  
 cis academijs aliquandiu professum, Romam po-  
 stea venisse, vbi propter librorum à se scriptorum  
 contentionē, magnas inimicitias habuit cū Pog-  
 gio ac alijs plerisque, historiā si quis requirat pro  
 pte diem erit cognoscendi copia, dabitur enim scri-  
 ptum

## TRAPEZVNTII

ptum breui excudendū : continet certe summam  
terum coelestium cognitionem.

In libris ergo de diuinatione ita  
*Cicero de  
divinatioe.* scriptum reliquit Cicero: Si sunt dii,  
neque ante declarāt hominibus, quæ  
futura sunt, aut non diligunt homi-  
nes, aut quid futurum sit ignorant,  
aut existimant nihil interessere homi-  
num scire quid sit futurum, aut non  
cessent maiestatis suę esse, præsignifi-  
care hominibus quæ sunt futura, aut  
ea ne ipsi quidem dii significare pos-  
sunt. At neq; non diligunt nos (sunt  
enim benefici generi q; hominū ami-  
ci) neq; ignorāt ea q; ab ipsis cōstitu-  
ta & designata sunt, neq; nostra nihil  
interest scire ea quæ euētura sunt (eri-  
mus enim cautores, si sciemus) neq;  
hoc alienū ducūt à maiestate sua: Ni-  
hil enim est beneficētia præstantius.  
Neq; nō possunt futura prænoscere:

Non

DIALECTICA.

85

Nō igitur sunt dii, neq; significāt:

Sunt autem dii,

Significant ergo. Et:

Si non significant.

Nullas uias dant nobis ad signifi-  
cationis scientiam.

Frustra enim significant.

Nec si dant uias,

Non est diuinatio?

Est igitur diuinatio. Hæc Cicero.

Nos uideamus quæ uis, quæ ratioci-  
nationes huic insint orationi. Vis in  
est loci, qui ab antecedentibus dici-  
tur, & eius qui à partibus est. Princi-  
palis ille locus, à partibus antecedit.  
Argumentationes quatuor. Ab enu-  
meratione partiū una, qua probatur  
annexum illud, neq; ante declarant  
hominibus quid euenturum sit. Qui  
bus partibus enumeratis, atq; infir-  
matis, relinquitur si sunt dii, futura

## TRAPEZVNTII

ab illis hominibus declarari. Quā cōcluſionem intulit, propositione ipsa repetita, quod semper ferē factitat, cum oratio necessitate rerū longior quām perspicuitas patitur, sibi cōfēcta est. Propositione igitur ipsa resumpta, integrā ratiocinationē in hoc tertio modo sic constituit: Non igitur sunt dii, neq; significāt futura. Nam falsam illā esse quā posuit, enumeratione demonstrauit. Si enim aliqua istarū quinq; partium solū fieri posse uiderur, ne dii futura significēt quibus minime fieri posse, omnium confirmatione demonstratum est, repugnāt hoc esse probatur, si sunt dii, non significant futura. Huiusmodi autem propositiones non repugnātes esse non possunt, quare & oppositum eius intulit negatione adiecta, uel ut uerū inferat, uel ut tertii modi propos.

propositione utatur , uel ut ostendat repugnantem affirmatiuè à superioribus sequi . Nō igit̄ sunt dii , neq; enim significāt futura , sed sunt , signif̄ificant ergo . Hac deinde conclusione antecedentis loco accepta , aliam repugnantē negat . Repugnās hæc est : Si dii futura significant , nullas dant uias ad significationis scientiam : hoc enim oppositum præcedentis inf̄quitur : nam rectè infertur : Si non significant , nullas dare nobis uias ad significatiōis scientiā . Est ergo repugnans affirmatiua quam negauit , ut ex ea integrum syllogismum faciat quē intellexit hoc modo : Et si nō significant , nullas uias dant nobis ad significationis scientiam : Significāt autem , igit̄ dant uias ad significationis scientiam . Hanc conclusionē tertio similiter ut & superiorem in se  
cundo

## TRAPEZVNTII

ēundo syllogismo antecedēs facit re-  
pugnātis huius, si dant uias ad signi-  
ficationis scientiam, non est diuinā-  
tio. Quam negauit ut ex uera pro-  
positiōe uera inferatur: in tertio mo-  
do sic: Nec si dant uias, non est diui-  
natio; assumptionē lectori docto re-  
linquit. Nullius enim sibi curē indo-  
cti sunt, at qui dant uias, hinc conclu-  
dit, ergo est diuinatio. Vides mi Pe-  
tre, quo artificio locushic prēclaro il-  
li uiro & oratori est absolutus, quē li-  
benter interposuimus ut & quod do-  
cemus apertius faceremus, & uno i-  
psius loco tam & ceteros eloquentię  
studiosos quam docentes admoneca-  
mus, maiore cura quam faciunt, ope-  
ra Ciceronis exponere, ne indoctio-  
res reddant auditores quam accep-  
rūt, neq; nudos animos ipsorum, sua  
ignorantia, inceptiores ad bona stu-  
dia

dia efficiant. Verum de primis tribus  
quos oratori cum dialectico Cicero  
cōmunes sentit, dictum erit, si illud  
cōmonuerimus, quod iā tetigimus  
propter orationis elegantiā demi, ad  
di, commutariq; nōnulla eorū posse,  
quę in dicēdo ut res patet, fieri opor-  
tere asserimus. Commutatiōis illud  
tibi exēplo sit, quod negatiuā dixim⁹  
conditionalē, cū cōditionis notā ne-  
gatio prēcedit, quā Cicero postposu-  
it, cū dicat: Et si nō significant, nullas  
dant uias, detractiōis illud: nō igitur  
sunt dii, neq; enim futura significār,  
nam. Si, cōditionis particulam in pri-  
ma propositione positam detraxit,  
quam remi assumptio demonstrant.  
Nunc (ne quid huic doctrinæ desit)  
alios quatuor breuiter exponemus  
quos dialecticorū esse tātum Cicero  
opinatur, quamuis ipse certe orator  
summus,

TRAPEZVNTII

summus, diale<sup>c</sup>ticus etiā ( si quis ita  
vult ( uel in orationibus nōnunquā,  
his usus sit. Quartus igit modus est  
cū disiunctiuæ antecedens in assump-  
tione ponimus, ut quod sequitur,  
infirmetur hoc modo:

Aut dies ē, aut lux solaris nō est.

Sed dies est,

est igitur solaris lux. Item,

Aut sanus est, aut ægrotat:

Est autem sanus,

Non ægrotat igitur.

Quintus modus est, cum id quod in  
disiunctiuæ præcesserit, in assumptione  
tollitur, ut quod sequitur, confir-  
metur, hoc pacto:

Vel uiuit, uel mortuus est;

Sed non uiuit,

Mortuus est igitur, suumq; o-  
biit diem. Item:

Aut nō est dies, aut nō est nox:

sed

DIALECTICA

Sed dies est,  
Non est igitur nox.

Sextus & septimus ex disiunctiuā in Sextus,  
copulatiuā mutata , negatione addi-  
ta constituuntur . & sextus quidem  
fit si antecedens ponitur ut coniun-  
ctum, ac consequēs interimatur, sic:

Nō & risibile nō est, & homo est,  
Sed risibile non est,  
Non est ergo homo.

Item:

Non risibile est, & homo nō est,  
Sed risibile est,  
Igitur & homo.

Septimus fit , si negatiuæ proposi- Septimum.  
tionis quæ ex disiūctiuā copulatiua  
facta est, antecedens tollitur, ut quod  
sequitur ponatur hoc modo:

Nō & prudens est, & ineptus est,  
Non est autem prudens,  
Est igitur ineptus,

Ita se;

## TRAPEZVNTII

Ita septē hi conditionales modi , tres  
ex propositione proficiscuntur, quā  
conditionalem proprię appellamus,  
duo ex disiunctiuā , & duo ex copu-  
latiuā negatiua,in qua copula sit ex  
disiunctione uersa . Hinc patet se-  
xtum ac septimum modum in qua-  
dā nō in omni materia syllogismos  
esse , quare syllogismos ego potius  
quosdam,quām simpliciter appella-  
uerim. Simpliciter enim syllogismū  
dicimus , qui ea structura est , ut si ea  
quæ p̄cedunt uera sint, conclusiōis  
necessaria colligatur cōsecutio,quod  
tam pr̄dicatoriis quām aliis ferme  
omnibus conditionalium modis in-  
esse uidemus, nam tertii modi cōten-  
dat quis non esse simpliciter syllo-  
gismū. At uero & hi duo posteriores,  
non ex omni uera copulatiua sed ex  
ea solum , quæ ex disiunctiuā ue-

ta uer-

## DIALECTICA.

69

ra uersa sit, necessariam habent con-  
secutionem. Hæc enim uera est, non  
& homo est, & animal non est, in o-  
mnibus enim contrariis ac repugnâ-  
tibus, quæ simul eidem inesse non  
possunt, huiuscmodi copulatiua ne-  
cessitatem continet. At septimus ex  
ea modus confici non potest, non e-  
nim sequitur, si homo nō sit, animal  
quoque non esse. Item hæc uera est:  
Non & lux est, & dies est. Lucem e-  
nim esse, & non esse diem simul fate-  
ri quis poterit. At sextus ex ea modus  
confirmari nō potest, neq; enim sit,  
si lux est, diem non esse. Quod si sim-  
pliciter is syllogismus est, qui ea stru-  
ctura constat, ut semper ex ueris uer-  
a colligat, idq; sextus ac septimus  
modus non faciat, quosdā eos & non  
simpliciter syllogismos esse necesse  
est. Vt tunc uero tam philosophi

m

orato-

## TRAPEZVNTII

oratores, nō minus his omnibus syllogismis qui rei, quām iūs qui compositionis gratia consequuntur. Nunquam enim erubescūt si res patitur, rem potius quām compositionē diligenter sequi, ut pro Milone Cicero:  
Cicero pro  
Milone.

Nisi midisset absolui cum qui fatetur, nō dedisset uobis tam salutarem in iudicando literam. Ab affirmatione enim non præcedentis, sed annexi ratio procedit. Itē, quāmuis pressius: Si hic illi fecit infidias, non sit impune: si ille huic, tum nos scelere solnamur. In altero enim, si quod precepit affirmes, connexum primo modo confirmatur, in altero, si antecedens tollis, tollis & consequens, quod non compositionis, sed rerum uis sequitur. Quas ob res danda est opera diligēter, naturam, uim, ac ordinem rerum nosse, quod exacta Topicorū

ac ex-

ac exquisita doctrina pollicetur, deinde syllogisticæ compositionis uires non ignorare: nam is mihi solum posteritate digna cōscribet: qui hæc neglexit, eius scripta tanquam flosculi celeriter decident. Verum de perfectis syllogismis satis, nūc de imperfectis dicamus.

In libris ergo de diuinatione sic scriptum reliquum.) Locus est de diuinatione libro primo, & rursus in libro secundo, ubi hac argumentatione colligunt Chrysippus, Diogenes & Antipater esse diuinationem: quem locum multis modis depravatum ex Cicerone restituimus. Nos videamus quæ uis, quæ ratiocinationes huic insint orationi.) Trapezium exquirit in hoc exemplo, quæ sit vis loci: hoc est, ex quo loco dialeclico argumentum sit ductum, dein quæ argumentandi elocutio siue argumentatio. Quæ duo in omni oratione qua quippiam probat, quæ ri possunt. Erat autem locus, bifarium apud Trapezantium depravatus. Sic enim legebatur in veteribus codicibus: Argumentationes quatuor ab enuntiatione partium. Una, qua probat annexum illud, & cætera: nos sic ut nunc legit, restituimus. Est autem totius loci hic sensus: Principio recèset argumentum, quod ipse vim loci appellat. Id vero duplex est. Prius ex loco partium seu specierum (nomina enim hæc sepe confunduntur) cuius ea

## TRAPEZVNTII

est in probando vis, ut si nullæ conuincantur esse species aut partes, totum etiam & genus proinde non esse: ut nec anima est, nec corpus, non igitur homo esse potest: & par non est, nec impar, non igitur numerus. Alterum esse ait ab antecedentibus. Ea sunt ex quibus aliud necessario sequitur: ut homo animali antecedens dicatur, vitium turpitudini. Cæterum Boëtij testimonio hoc solum ab antecedentibus argumentum ducitur, quando conditionalis antecedens assumitur, ut annexum concludatur, quo modo à consequētibus dicitur, dum propositionis conditionalis annexum in assumptione tollitur. Verum hoc sensu nisi Cicerò ea pro argumētis recensuisset, ad alteram partem dialectices referri poterant. Quia de re videat Boëtius commentariorū in Topicis libro v. & Rodolphus Agricola libro i. de locis accidētium. Nescio tamen an hoc loco legendum potius sit pro voce antecedentibus, repugnantibus. Sunt enim hi syllogismi tertij modi conclusiones, quae tantum ex contrarijs aut repugnantibus ducuntur, nisi forte ob id ab antecedentibus dicantur, quod antecedens in assumptione etiam hic affirmatur, ut annexum tollatur. Principalem vocat locum illum, quod eius argumenti longior est tractatio. A principio enim usq; ad eum locum: Non igitur sunt dij, perdurat, & totius disputationis funda mentum continet.

Argumentationes quatuor.) Argumenta vnde ducta sunt ostēdimus: Argumentationes vero asserit esse unumero quatuor. Vnam, enumerationē & syllogismos conditionales tres. Est autem enumeratio (teste Cicerone in rhetoriciis) argumentatio in qua pluri-

Enuntiatio.

pluribus rebus expositis, & ceteris infirmatis, una  
teliqua necessario confirmatur. In quarto ad He-  
renium dicit expeditio: quo in loco et hoc exem-  
plum est: Quoniam hunc fundum cōstat meum  
fuisse, quem nunc tu possides, necesse est aut h̄c re-  
ditate tibi venisse, aut te h̄c emisse, aut vacuum  
possedisse, aut v̄tu tuum fecisse, aut per vim occu-  
passe. Mea res, me viuo tibi hereditate venire non  
potuit: vacuum cum ego adessem, possidere non  
potuisti: tuum v̄tu fecisse etiam nunc non potes:  
emptio nulla profertur: relinquitur ergo ut me vi-  
de meo fundo eiceris. Cōstat autē huiusmodi ar-  
gumentatio tribus partibus, ex positione, infirma-  
tione & conclusione. In scholis vocant à sufficien-  
ti diuisione. At neq; non diligunt nos.) Ad hunc v̄sq;  
locum enumerationis est expositio, quinq; parti-  
bus absoluta, cuius sensus est. Cōditionalē illam:  
Si sunt dīj, nec declarant ante hominibus quæ fu-  
tura sunt, nō esse veram nisi aliqua ex quinq; par-  
tibus illis vera inueniatur. Deinde confutantur sin-  
gulae partes eo ordine quo expositæ sunt. Prima  
ostēditur falsa ab amore & studio deorum aduer-  
sus genus humanum. Neque ignorant ea quæ ab ipsis  
sunt constituta.) Secundæ partis confutatio est ab  
absurdo & natura diuina. Ridiculum enim foret  
si fata, quæ de communi decreto deorum consti-  
tuuntur, ab ipsis ignorentur. Neque nostra nihil in-  
terest scire.) Tertia reprehendit à fine seu vtilitate  
nostra. Prudentiores enim fierent, homines si fu-  
tura p̄euididerent. Neque hoc alienum ducunt à maiesta-  
te sua.) Quartæ partis refutatio sumitur ab hone-  
sto & munere deorum, quod est iuuare mortales.  
Neque non possunt futura p̄enoscere.) Postremæ par-

## TRAPEZVNTII

Vis est sublatio ab impossibili & finis confutatio-  
nis, quam enumerationis conclusio sequit. Non  
ignorunt dīj, neque significant.) In cōclusione hac de-  
sideratur cōiunctio sī, quæ tametsi à Cicerone nō  
est expressa, tamen necessario intelligitur sic: Nō  
igit̄ si dīj sunt, significant hominibus futura. Nam  
hac enumeratione non efficit, quod non sunt dīj,  
hoc enim pro confessō habetur, se dīllud: fieri non  
posse si dīj sunt, quod non significet hominibus ea  
quæ futura sunt. Hæc igit̄ enumerationis est cō-  
clusio: Non si dīj sunt significant hominibus futu-  
ra, & primi syllogismi hypotheticī propositio.  
Artificiosa enim argumentationū connexio, qua  
superioris conclusio fit nouæ argumentationis  
propositio. Deinde assumicur in tertio modo affir-  
mando antecedēs hoc modo: Sunt autem dīj, quæ  
assumptio indicio est in propositione intelligen-  
dam esse particulam sī. Hinc infertur cōclusio per  
sublationem consequentis: Significant ergo. Estq;  
hoc pacto absolutus primus syllogismus hypo-  
theticus, cuius conclusio iterum fit nouæ repu-  
gnantis propositionis antecedens. Si significant,  
non dant vias ad significationis scientiam. Hęc re-  
pugnans est & falsa, quare ut vera fiat adjicienda  
est negatio ante sī, quam Orator post posuit: Si  
non significant nullas dant vias ad significationis  
scientiam. Intelliges autem negationem præposi-  
tam sī, ut: non si significant nullas dant, & cætera:  
quam propositionem loco totius ratiocinationis  
posuit, assumptione & cōclusione suppressa. Ve-  
rum sic intelliges, significant autem, igit̄ dant  
vias ad significationis scientiam. Rursum hæc cō-  
clusio quam non expressit, fit vltimat̄ propositio-  
nis an-

Nis antecedens hoc modo: Dant vias igitur non est diuinatio: cui quoniam pugnatibus partibus constat, adiuncta est negatio, sic: Non si dant vias non est diuinatio. Assumptionem etiam hic subtiluit, quæ est: Dant autem vias. Conclusionem propositioni apposuit: Est igitur diuinatio. Sunt ergo in summa quatuor argumentationes: enumeratio una, expositione, confirmatione & conclusione ab soluta, & tres syllogismi conditionales, quorum primus integre expressus, secundus absq; assumptione & conclusione, tertius absq; assumptione positus est. Quem intellectu hoc modo.) Qui, vetera exemplaria habebant: nos quem, legendum putamus, deinde syllogismum illum integrum ponendum esse hoc modo: Et si non significant, nullas dant vias ad significationis scientiam, significare autem, dant igitur vias ad significationis scientiam, quam rem satis demonstrat quod sequitur: Hanc conclusionem tertio similiter, & cætera. Vides mi Petre quo artificio locus hic, & cætera.) Apostrophe est ad Petru<sup>m</sup> Petrus Medicem filium Cosmi illius Magni, & patrem dices, Lauréij, viri nobilitate ac eruditione clari. Quae oratori cum dialectico Cicero communes sentit.) Id est, in Topicis: Hoc genus, inquit, attingit omnino veritas quoque in respondendo disputationes, sed philosophorum magis, quibus est cum oratoribus illa ex re pugnantibus sententijs communis conclusio, quæ à dialecticis dicitur tertius modus, à rhetoribus enthymema nuncupatur. Commutationis illud tibi sit exemplo.) Supra hoc admonuimus in se cudi syllogismi propositione, vbi positum est. Et si non significant pro eo: non si significant. Detractionis illud.) Id est, in enumerationis conclusione,

## TRAPEZVNTIS

quæ est primi syllogismi propositio, cui detraxisti, quam rem docet satis huius syllogismi assumptio & enumerationis expositio: ibi tantum ponebatur Si. Quos dialecticorum esse tantum Cicero opinatur, quāmuis ipse certe.) Reliqui, inquit, Cicero dialecticorum modi plures sunt, qui ex disunctionibus constant: aut hoc aut illud, hoc autem, nō igitur illud. Item, aut hoc, aut illud, non autē hoc, illud igitur. Quæ conclusiones in circulo ratæ sunt, quæ in disunctione plus uno verum esse non potest. Atque ex his cōclusionibus quas supra scripsi, prior quartus, posterior quintus, à dialecticis nuncupatur, hactenus Cicero. Summus dialecticus etiā.) Quārum Cicero in re dialectica valuerit, declarant facile quæ sunt in Tusculanis & Academicis Quæstionibus. Item de finibus & in ijs, quæ de re dialectica ex professo scripsit. Tum studiū in hac arte diligētissimum. Scribit em̄ in Bruto à Diodoro Stoico, qui cum vixit & domi suæ mortuus est, se in arte dialectica studiosissime eruditum & exercitum fuisse. Quin etiam iubet in Oratore suo teneundam esse dialecticam apriime, non modo veram illam quæ est apud Aristotelem, sed quoq; spīnosam illam & Chrysippæam, ei qui bene dicendi laude extimulatur. Sextus & septimus ex disunctionia in copulatiuam.) Propositiones in his modis tantum valent ex ijs terminis e quibus cōstant disunctiones, nimirum ex contrarijs immediatis, aut repugnantibus terminorum æqualium. Fier autem disunctionia copulatiua, disunctionia coniunctione mutata in copulatiuam, & capitii apposita negatione. Quod Cicero in hunc modum extulit: Deinde addunt coniunctionum negotiam sic, non & hoc &

Cicero dia  
lecticus.

hoc & illud, hoc autem, non igitur illud. Hinc patet sextū ac septimū.) Id solet in scholis sic dici, quasdam ratiocinationes valere proper formam, in quibus forma & modus syllogisticus obseruatur: nonnullos vero gratia materiae, ut si quis colligat ex particularibus, aut negatiuis veram conclusio- nem, ut illud: Nonnulli imperatores sunt tyranni. Syllogismi Nero est imperator, igitur etiā tyrannus. Et: Nullus homo est immortalis, leo nō est homo, igitur quidam, non est immortalis. Quae conclusiones ex mate- ria dicuntur valere. Trapezuntius syllogismos ta- les, quosdam vocat, quod nō omnibus id accidat. Haec enim sunt falsae, homines quidam callent lite- ras, Barbari homines sunt, igitur barbari literas cal- lent. Quod si lex syllogismi obseruaretur, fieri nō posset ut sequeretur ex veris propositionibus fal- sa conclusio. Ut pro Milone Cicero: Nisi uidisset absolue- cum.) Est hoc in confutatione ante narrationem, vbi orator ostendit Milonem nō esse damnatum praeiudicio G. Pompei. Cæterum apud Ciceronem sic legi: Quod nisi vidisset posse absolui eum qui crimē fateretur, cum videret nos fateri, neq; quæ ri vnoquām lussisset, nec vobis tam salutarem hāc in iudicando literam, quam tristem illam dedis- set. Sumptum autem est hoc ex consuetudine fo- rense. Nam in maioribus causis, teste Asconio Pe- Modus ferē diano, non singuli iudices sententiā ferebant, sed di sententiā, vniuersi simul constituebant. Quare ab eo qui iu- dicio præerat, id est, prætore, singulis iudicib⁹ da- bantr̄ tabellę, quarū causa perorata, quisq; vna in cistulas coniçiebat. Erant autem insculptæ ta- bellis literæ: A absolutionis, C condemnationis, & N L, quibus significabatur nō satis liquere. Sed

## TRAPEZ VNTII

hæ postremæ literæ tantum dabantur in causa,  
qua de capite non agebatur. Sic igitur colligi-  
tur: Nisi Pompeius vidisset Milonem absolui pos-  
se, non dedisset iudicibus tam salutarem literam,  
dedit autem, igitur videbat posse absolui. Verum  
assumptionem & conclusionē non exprimit ora

*Trapezūtij  
lapsu.* tor, nec necessarium erat. Porro quod ad Trapezū-  
tium attinet, non video qua ratione putet hic in  
secundo modo male collectum esse, cum proce-  
datur à sublatione annexi ad sublationem antece-  
dentis, id quod in secundo modo facere oportet.  
Hic enim sensus est: Si non vidisset eum posse ab-  
solui, non dedisset vobis salutarem literam. Iam  
colle annexum, hoc est, aufer ab eo negationem.  
(Tollere enim diximus oppositum ponere) hoc  
modo: dedit autem, conclude nunc oppositum an-  
tecedentis sic: Videbat igitur eum posse absolui.  
Nam in propositione fuit negatio, quæ latuit in  
dictione nisi. Simile est si dicatur: nisi virtus esset  
non esset fortitudo, id est, si non est virtus, non est  
fortitudo: ex quo collige sic in secundo modo: Est  
autem fortitudo, igitur & virtus. Quāquam enim  
hic affirmatiue ponuntur & annexum & antece-  
dens, non ramen non tollitur. Qui lapsus (si tamen  
lapsus est dicendus) ortus est ex ambiguitate ver-  
borum, ponere & tollere. Non enim idem est af-  
firmare, quod ponere: nec negare, quod tollere.  
Quanquam Cicero in Topicis aut negare posuit  
pro eo quod nunc tollere dicimus, aut secundum  
modum syllogismorum non satis generaliter de-  
scriptis. Sic enim ait: Cum id quod annexum est  
negari, ut id quoque cui fuerit annexum, negan-  
dum sit. Quod non satis cōgruit propositionibus  
hyp-

hypotheticis, quarum pars vna aut utraque negotia est. Item quamvis pressum: Si hic illi fecit insidias.) Ex eadem oratione in principio confirmatio nis Ciceronis verba habent in huc modum: Num quid aliud igitur in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? profecto nihil, si hic illi, ut ne sit impune, si ille huic tum nos scelere soluamur. In altero enim si quod praecedit affimes.) Id est, quod secundo loco dicitur: Colligitur enim a positione antecedentis ad positionem consequentis in primo sic: Si ille huic feci: insidias, tum nos scelere soluamur. Fecit autem, igitur soluamur. In altero si ante cedens tollit. Hoc est, quo<sup>t</sup> priore loco dicitur: si hic illi, ne sit impune. Tollitur in assumptione antecedens. Atqui Milo non fecit, annexum quoque tollitur in conclusione, id est, absque negatione sumitur. Nam in propositione negatio ne, adhaesit consequenti. Igitur sit impune. Veluti si dicass<sup>et</sup>

Si vitium est, expetendum non est. Atqui vi-

tium non est, igitur expetendum, non

necessario sequitur: Nec enim co-

tinuo expetendum est, quod

vitium non est. Quare

apud Cicero-

nem non

com-

positionis, sed terminorum

vis sequebatur.

(\*)

DE

TRAPEZVNTII  
DE SYLLOGISMO IMPER-  
fecto, seu enthymemate.

*Imperfect⁹  
syllogismus.* **S**Implex conclusio est quæ unius propositionis necessaria cōsecutione conficitur; simpliciter, hoc patet:

Eo isto tempore, quo Romæ is-  
stud à me factum dicis, ego  
trans mare fui,

Non ergo feci, nec potui quidē  
facere.

Compositè hoc modo.

Contemnis tu uirtutem, cum  
sis homo?

Virtutem ergo contemniss?

Huius rei à iunioribus qui de dia-  
lectica scripserunt, multa dantur pre-  
cepta, quorum cognitio & difficilis  
est, & parum utilis. Illud lōge magis  
necessarium ad dicendum, locorum  
uim omnem rationemq; percipere,  
quod

quod non rhetorē solum constituit,  
dialecticum armat: uerum & ad ceteras  
facultates tam ornamentū quam  
copiam adferre solet: nec solum en-  
thymematicum facile reddet, sed o-  
mnium syllogismorū radices & qua-  
si principia funditus aperit. Quas ob-  
res maxima semper diligentia, topica  
est à maioribus nostris ratio cele-  
brata: Et profecto qui credit absq; lo-  
corum, id est topicī artificii cognitio  
ne recte, copiose, facile inuenire, is cū  
neq; per se quanta sit hæc res intelli-  
gere queat, neq; maiores tā Latinos  
quam Græcos audiat, qua si demens  
contemnatur. Quare tu quem ad ma-  
iorum imitationem non casu, sed re-  
cta ratiōe instituere cupio, terminos  
quæstionis sic diligenter considera, ut  
genera, species, differentias, propria,  
qua inhaerent accidentia, partes si-  
gulas

## TRAPEZVNTII

Locorū enūmeratio. gulas, diffinitiones, notas, antecedentia, consequentia, caussas, effectus, cōiuncta, paria, & rursus maiora, minora, contraria, repugnātia, ut inquam omnia hēc quæ intrinsecus sunt, aspirācias. Nec te fugiat syllogismorū uis, natura, similitudo, dissidentia. Nam si rectē locos intellecteris, exercitatio ne adhibita, mirabilem quandam & facilem habebis dicēdi copiam. Nec indoctis ac rudibus auscultes, qui idcirco putant uel nihil, uel per exiguū inde nobis suppeditari, quod ipsi aut nihil aut parū educere possunt. Nec te quoniā res ardua est deterreat, faciet enim eam usus facilē.

Commenda  
rio locorū  
faciliat. Nam quē admodum qui literas sciunt, non est necesse, quoties legunt aut scribunt, toties cogitatione literarum uim atq; numerum cōquirere: sic qui locos mente conceperūt, exercitatione fir-

marunt,

marunt, eos necesse non est, quoties  
quæstio proposita est, toties ad eius  
sepositos locos reuolui, sed occurrit  
illico peritis ad explicandam quæstio-  
nem, ut literę ad singula uerba scribē-  
da, etiam si non quæris, ut natura nō  
arte ad eas institut' esse uidearis. Sed  
plerique adeo sunt rudes atque agre-  
stes, ut antequam locos bene noscāt,  
inueniendi copiā habere uelint, qua-  
si uero quisquā uerba legere scripta  
possit, nisi literarum primo figurā  
ceperit, deinde usum lectioni sæpius  
atque sæpius accommodauerit. Ve-  
rum indoctos tabescere finam', nos  
ne indocti simus, elaboremus.

Omnes igitur loci unde ad syllo-  
gismos medium queritur, enthymer-  
matici sunt. Non enim est aliud per-  
fecti, aliud imperfecti syllogismi me-  
dium. Quod cum ita sit, rerū tamen  
ipsarum

## TRAPEZVNTII

ipsarum uel perspicuitas, uel trita cō-  
suetudo facit, ut conclusione potius  
simplici quām perfecto syllogismo  
utendum sit. Nam sicut in re parum  
cognita, ratiocinari oportet absoluti-  
us, sic in re aperta, propositionum al-

*Vtra propo-  
sitionum in  
enthymema  
te omittenda  
fit.*

tera fastidium parit. Sed cum tribus  
cōstet ratiocinatio propositionibus  
(conclusionem enim etiam proposi-  
tionem uoco) enthymema duabus,  
dubitare poteris qua ex premissa cō-  
clusionem potius enthymematis in-  
ferre solemus. Quæ res ut tibi certa  
ratione comprehensa, non sinat huc  
& illud tanquam imperitum fluctua-  
re, medium terminum maiori & mi-  
nori compara. Quòd si æqualiter an-  
tecedere uel cōsequi ad utrumque ui-  
detur extreum (quod posse fieri cō-  
tenderemus, quāmuis raro æqualiter  
ex alterutro infertur conclusio) præ-  
mitti

mitti potest utralibet. At si locorum  
ui considerata, certius aut uerisimili-  
us extreborū alterum antecedit aut  
consequitur, certior aut uerisimilior  
est præmittenda: quod in dicēdo qui  
non obseruat, nō ignorantię solum,  
sed tarditatis quoq; crimine accusan-  
dus. Illud apprime tenēdum, simpli-  
cis conclusionis (si necessaria uti de-  
bet consecutione) cōclusionis oppo-  
situm præcedenti repugnare, si uerisi-  
militer consequatur, connecti posse,  
necessaria ista non est cōsecutio, ma-  
ter est, ergo filium diligit.

Ad hæc, quoniam simplicis cōclu-  
sionis consequens, alterius consequē-  
tis antecedens fit, & eius similiter cō-  
sequēs alii antecedit, quod primo o-  
mnium antecessit, necessaria conse-  
cutione ad ultimum consequēs præ-  
cedere, quod etiam in oratiōibus fie-  
ti ob-

TRAPEZVNTI

ri obseruauimus, hoc pacto: Si ridet,  
homo est, si homo est, animal est, & si  
animal est, substantia est, & assumen-  
do, atqui ridet, ergo substantia est. Pre-  
terea tenendum optime est, oratores  
maxime in dicendo solere, cum ratio-  
ne aliqua quicquam uelint compro-  
bare, unicam propositionem dicere,  
auditoribus cætera relinquere. Ha-  
bet enim plerunq; breuitas, quando  
res adaperta est, maiores neros im-  
plicita, quos incidit explicita oratio,

Libro x. Fa ut in epistola ad Plancum:

miliarium epi  
folarum.

Senatus tibi nō amicitior est, q̄ ro-  
ta ciuitas.

Mirabiliter enim Popul' Roma-  
nus uniuersus, & omnium generum  
ordinumq; cōsensus, ad liberandam  
republicam conspirauit.

Quæ ratio & si plurimū moueat,  
parum tamen accommodata, subti-  
lius

DIALECTICA.

lius hæc perscrutanti videbitur, nisi  
ad syllogismum cuius virib<sup>o</sup> nititur,  
absolutius reducatur, plurimum e-  
nim afferre ad probandum, tam sena-  
tum quam totam ciuitatem amicissi-  
mam esse Plancus, primo impetu ui-  
debitur sola, exanimata lagus cit ac  
labitur. Quare vires suæ per syllogi-  
sum perspiciantur hoc pacto:

Omnes qui ad liberādā rempu-  
blicam mirabiliter conspirant, uche-  
menter amant eum qui rempublicā  
liberare & uult & potest,

Sed Populus Roman<sup>o</sup> uniuersus,  
& omnium generum ordinumq;  
cōsensus ad liberandam rempublicam  
mirabiliter conspirauit:

Populus ergo Romanus uniuer-  
sus, & omnium generum ordinumq;  
cōsensus uehemēter amant eum qui  
rempublicā liberare & uult & potest.

n z sed

TRAPEZVN TII

Sed utraque tibi insunt:

Tibi ergo tam senatus quām totā  
ciuitas est amicissima.

Ita una propositio , syllogismi u-  
nius & simplicis conclusionis uires  
habet. Qua ex re uides quanta igno-  
rantia illi sunt inuoluti, qui putāt in  
oratoribus , ac maxime in Cicerone  
uerborum esse copiam non sentētia  
rum . Nam cum nec quid dicat , nec  
cur dicat , nec quomodo intelligent ,  
uerborumq; solam uenustatem con-  
siderent , damnare audent quem non  
intelligunt: nec mirum , cum pleriq;  
corum , qui hanc dicendi copiā profi-  
tentur , quiq; docendo Ciceronis li-  
bros aperire conantur , id itā esse con-  
cedunt. Verum tu hos ignorātes cō-  
temne , & plurima sic dicta diligētius  
examines , subtilius accōmodes , nec  
ratiocinatione putas , sed inuenta im-  
plicite

plicite atque inuolute cōscripta, uel  
ut magis breuitate moueant, uel ut  
artificium abstrusum lateat. Quod  
nullus certe percipiet, nisi quod in-  
uolutius complicatum est, latius ex-  
plicet, quod tamen non in omnibus. Nam  
cuncta quæ rationis uim obtinēt, ad  
predicatorios syllogismos reduci pos-  
se, nemo peritus negabit. Non ergo  
in omnibus, sed in obscurioribus faci-  
endū esse arbitror. Ac de his satis.

## DE SIMPLICI CONCLUSIONE.

**S**implex conclusio est) Simplex conclusio quod vul-  
go enthy mema vocamus, est argumētatio que  
propositione, id est, antecedente & consequente  
constat, ut lac prebet, igitur peperit. Verum quid enthy mema  
intersit inter enthy mema & simplicem cōclusio- & simplex  
nem, & quo pacto his vtēdum sit, quo recte intel conclusio qd  
ligatur, altius quædam huc referenda ex istima differant.  
ui: e quibus, vt spero, recte iuuētus intelliget, que  
de argumētatione apud Aristotelem in rhetoricis  
& resolutiuis, quæq; apud Fabium quinto institu-  
tionum tradunt. Est itaq; enthy mema non vt vul-  
go putat certa quædam argumenti elocutio aut  
forma probationis, quemadmodū apud oratores  
complexio aut enumeratio: sed omnis probatio

## TRAPEZVNTII.

oratoria artificialis non exemplaris. Siquidē Aristoteles secundo libro rhetorices, omnem probationem quæ arte constat, seu ut ipse loquitur πίστιν ἐν τοῖς λόγιοις οὐ ταῦτα partitur, atque ex oratoribus alios πρότεροι λόγιοικοι alios ἀνθυματικοί, hoc est, quodam rebus dubijs fidem facere exemplis, alios artificiosa ac commentitia probatione: cuiusmodi est quæ ē locis ducitur. Quo intellectu etiam vocabulum accipitur apud Plutarchū in uita Demo sthenis, quo loco sic ait: καὶ πυθαῖς θεωρήσαπλῶν, ἔλλα χριστιανοῖς τὸν αὐτὸν τὸν ἀνθυματικόν, id est, & Pytheas insultat, eius enthymemata lucernā olere aiebat. Vsurpatur apud Gellium in eadem significatione Enthymema libro xvii. capite xx. Definitur autem enthy me ma in priore resolutione ab Aristotele: οὐλλογισμὸς ἄτελος ἢ εὐπέπειαν οὐ μετέπειαν, id est, ratiocinatio imperfecta, ex verisimilibus & signis, ut hæc mulier peperit, nam lac præberet, ex signo est, & Bellū calamitosa res est, pacem igitur poscamus, ex credibili est. Dicitur autem ratiocinatio imperfecta, quod nec distinctis nec totidem partibus semper colligitur, sed pauciorib⁹ ferè quam syllogismus, præsertim in re aperta. Ut quod Milo coronabitur, sa tis erit, si dicat in Olympijs viciisse: nihil hic opus est addere: Qui Olympia vicit coronabitur. Quod si res obscurior sit, nihil absurdum est si plurib⁹ vel totidem partibus, quot syllogismus, concludatur enthytemma, ut collectio, aut subiectio, aut enu meratio, apud oratores. Quod satis videtur signifi case Aristoteles i. rhetoricon, ubi ait: Enthymema saepe ex paucioribus constare quam ex ijs ex quibus est syllogismus. Quare (ut semel dica tur) enthytemma & quod idem est (ut ex Cicero ne col-

ne colligete licet & Fabio) *Diximus*, nihil aliud  
est, quam ex cogitata oratoris probatio nulli cer-  
tæ elocutiōis generi astricta. Liberius multo est  
rhetorica elocutio quam dialectica. Hic enim ar-  
gumentatio syllogismo aut inductione tractat,  
ibi oratio ut concioni magis accommodetur, lati-  
us euagatur, nec certis argumentationum formu-  
lis subiecta est. Efferimus autē enthymerata nō. *Enthymem*  
nunquam simpliciter, ut magis ornatus causa, q̄ tis quæ clo-  
faciendæ fidei adhibita videri possint, ut illud Ci-  
ceronis: *Ei viro mors parabatur, cuius in vita fa-*  
*lus nitebatur ciuitatis. Non nunquam interroga-*  
*tione, vt:*

— Audes fulcire ruinam

Sub qua Roma iacet? —

Quem cum aliqua gratia noluit, hunc voluit  
cum aliquo querela' quem iure, quē loco, quem  
tempore non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco,  
alieno tempore, cum periculo capitis non dubita-  
uit occidere? Sæpe propositione cui ratio subjici-  
tur, vt: *Ebr̄i ignoscendum est, peccant enim igno-*  
*ranter. Aut ratione proposita, quæ tum antecedēs*  
*vocatur, reliquo sequente, hoc est, simplici cōclu-*  
*sione, ut hoc ipsum: Ebr̄i peccant ignoranter,*  
*igitur ipsis est ignoscendū. Verum saepius sic elo-*  
*quimur, ybi argumentū est necessarium, quem-*  
*admodum illud: Eo die Interamne fui, igitur Ro-*  
*mae in cæde interesse non potui. Frequentissime*  
*propositione cōnexa, id est, conditionali, ut: si bel-*  
*lum horum malorum causa est, per pacem emen-*  
*dabimus. Porro quo pouissimum elocutionis ge-*  
*nere enthymerata expoñi debeant, nihil potest*  
*præcipi perpetuum. Nam frequenter una est & en-*

## TRAPEZVNTII

thymematis & elocutionis inuentio, quemadmo-  
dum accidit enumerationi, violationi, pluribusq;  
alijs. Quæ causa esse videtur, cur apud Fabium &  
Aristotelem pauca admodum de argumentatio-

Argumenta num formis præcipiantur. Numerantur autē vul-  
tionum decē go decem, videlicet: complexio, enumeratio, sim-  
plex cōclusio, subiectio, submissio, oppositio, vio-  
lacio, inductio, collectio, ratiocinatio. Nos his ver-  
siculis memoriae commendare solemus.

Complex, enumerat, simplex, subiectio, submis-  
Oppositum, violat, inductio, collige, summa.

Quarum definitiones require apud Trapezuntii  
libro III. rhetorices, & in Rhetorico ad Herennium.  
Nobis ne instituti immemores esse videamur, ad  
dialecticam revertendum est, si hoc prius commo-  
uerimus, simplicem cōclusionem esse certā quan-  
dam enthymematis elocutionē, & enthymema  
quocq; vocari, quod simplex conclusio examen &  
regula sit omnium enthymematū, quemadmo-  
dum dialecticarū probationū syllogismus. Qua-  
re fit ut alterum pro altero saepe accipiatur. Com-  
posite hoc modo.) De cōposito & simplici enthyme-  
mate nihil vsipiam inueni, nisi quod Aristoteles se-  
cundo Rhetoricorum πόλεμον hoc inter cæte-  
ra admonet, quasdam sentētias esse enthymema-  
ticas, eas videlicet quibus ratio adiuncta est, ut il-  
lud ἀπόδειξη ὅργην μὲν φύλακτη θυμὸς ὡς, hoc est, iram im-  
mortalē, cum sis mortalis, non serua. Si de huius-  
modi Trapezuntius non loquitur, vix video quo  
pacto hunc locum intelliges. Sit igitur enthyme-  
ma compositum vbi ex propositione ratione con-  
firmata, quidpiam colligitur, ut hoc compositum  
est: Immortalē iram, cum sis mortalis, non serua.

Nam

Enthymema  
compositum

Nam simplex est, iram ne serues immortalē. Huic subiungitur ratio à contrario, quoniam es mortalis. Proinde si hinc sequitur aliquid, compositum erit gratia propositionis seu antecedentis compositioni, hoc pacto: Mortales cum simus, immortalem iram ne seruemus, Te igitur immortalē iram servare minime decet. Deest hic assumptio, quam si apponas perfectus erit syllogismus. Nam sic plena ratiocinatione colligeres. Mortalis immortalē iram non habeat. Tu mortal es, immortalē igitur iram non serua. Ad eundem modum hoc Trapezuntij entyphema compositum videri potest, si legatur antecedens & consequens cum interrogatione in qua negandi vis inest. Virtutem tu contemnis cum sis homo: compositum est. Simplex enim sententia est, virtutem non contemne, cui ratio additur, cum sis homo. Habet enim virtus in se diuinum quiddam, ut vel improbo homini vi quaeram sui honesta ac expertenda videatur, & ut Socrates dicere solebat, mirabiles excitaret in nobis amores si oculis cerneret. Quare compositū hoc esse agnoscitur. Virtutem, cum sis homo, non contemne, proinde sic syllogismo colligeres: Atqui homo es, virtute migitur non contemnes. Assumptio (ut vides) apud Trapezuntium omisita est. Huc locum ob id prolixius exposui, quod entyphematis illius utraq pars hic absq; negatiōe legebatur, ac ob id quod rarum esset de composite ac simpli entyphemate, hic locus multis depravatus esse videbatur. Porro huiusmodi sententias, quod Aristoteles etiā indicat πλεγμάτων, satius erit absque consequente efferre hoc modo: Virtutem tu contemnis cum sis homo: Iram immortalem ser-

## TRAPEZ VNTII

vas cum sis mortalis? quid opus erat addere?  
Virtutem igitur non cōtemnes: immora'ē iram  
igī ne serues? Probe itaq; ab Aristotele huiusmo-  
di γνώμαις εὐθυμητηγι; dicuntur, quod enthy mema-  
ta latentia, id est, occultae argumentationes sint,  
vide Rheticum ad Herennium libro quarto,  
Trapezuntiū lib. vltimo rhetorices de magnitudi-  
ne. Huius rei à iunioribus, qui de dialectica scriperūt mul-  
ta dant precepta.) Simplicis cōclusiōis intelligit cō-  
sequentiā. Ea est cōnexio antecedentis cum cō-  
sequente non consequens ipsum, vt hic: honestū  
est igitur laudabile: consequentia si negetur, ne-  
gat hoc ex eo sequi, cuius probatio est dissimula-  
ta propositio, quam semper requirere cogit: Vt,  
sapientes nullius indigent, igitur sunt beati, hoc si  
negatur, subiecta est propositio probationis  
loco: Qui nullius indiget est beatus. Dantur autē

**Consequen-** de consequentijs regulæ aliquot non omnino cō-  
tinuendæ, quales sunt nonnullæ apud Aristote-  
lem πρόσωπα de coniunctis & diuisis. Apud re-  
centiores multa, vt in eo tractatu qui de conse-  
quentijs inscribitur, sed illa prolixiora forte quam  
utiliora. Illud longe necessarium ad dicendū locorum qm  
omnem rationemq; percipere.) Vis locorum ( vt supra  
admonuimus ) animaduertitur ex maximis illis  
Boëtianis, quas ipse singulis locis apposuit. Sunt  
autem propositiōes quædam indubitatæ ac adeo  
certæ vt ipsæ probatione non egeant, atque ob id  
enthy mematis ex locis ductis tantum cōfirman-  
**Maxime in** dis adhibentur. Ex his cernere licebit, quid ex quo  
**locis diale-** sequatur: quare in disputandi vsu ac iudicando ne  
sticis. quamquam negligendæ sunt. Nam si cum preteruo  
agas altercatore, ad has saepe vt sacram anchorā  
confu-

confugiendum est: ut si huius enthymematis, no  
cer ruditas, prodest igitur eruditio, negetur conse  
quentia. Vnde erit probatio præterquam ex ea ma  
xima quam Cicero tradidit, contrariorum cōtra  
tria sunt consequētia, quod veluti principium erit  
eius probationis. Et Fabius in loco generis & spe Libro v.  
cicis huiusmodi maximas annotauit. Omittuntur  
a Rodolpho Agricola, quoniam ad inventionem  
nihil faciunt, sunt enim ad iudicandum inuenta.

Nec solum enthymematicum facile redder. ) Ἐνθυμητικὸς Εὐθυμητικός  
est quē vulgo ac barbare discursuum vocat, hoc nō.  
est, solers, acer in argumentationibus, & in cōmi  
niscendis probationibus felix. Est autem hoc præ  
cipui dialectici officium. Quod autē à Trapezun  
tio dicitur, huiusmodi est, locos dialecticos nō so  
lum hoc efficere, ut prompte faciliter & inueniar  
mus, sed etiam magna ex parte conferre ad iudi  
candum & dispiciendas vires argumentationum  
dialecticarum. Terminos quæstionis sic diligenter consi  
dera.) Ex Rodolpho Agricola satis liquet omni  
differenti proposita esse quæstionem, id est, dubia  
sententiam. Nam rebus de quibus nemo ambigit,  
probationem non queris. Admonet autem Tra  
pezuntius quæstionis terminos esse intuendos.  
Quod ut clarius intelligatur, primū meminerimus Terminū  
oportet, eosdē terminos esse cōclusionis seu cōse- quæstionis.  
quæntis in enthymemate & in omni probatione  
tam dialectica q̄ rhetorica, & quæstiōis. Solo em  
efferendi modo differt à conclusione quæstio. Ut  
hui⁹ enthymematis, alteri⁹ felicitate torqueat, igi  
tur nō est beat⁹ inuidus, q̄stio foret, an inuid⁹ sit  
beatus? cuius termini sunt subiectū & p̄dicatū in  
uidus & beatus, qui etiā cōsequētis termini sunt.  
Hi de in-

## TRAPEZVNTII

Hi deinde cum medio, eo videlicet qui fuit in antecedente nec in consequente repetitus est, conserendi sunt, videndumq; qua ratione cum maiore ac minore medius conueniat, hoc est, si ne illius genus, diffinitio, species, &cætera: ut in prædicto enthymemate: inuidus alterius felicitate angitur igitur non est beatus, argumentum seu medius terminus est, angi rebus alterius, id si cum auaro conseratur est illius finitio, si cū beato, repugnās. Erit igitur rata enthymematis consequētia ex loco diffinitionis: Cuius est ea in probando vis, vt à quo diffinitio remouetur, ab eodem dimoueatur definitum. Quare si angi rebus alterius in beatū cadere non potest, nec proinde in beatū inuidia, seu ex loco repugnantium, repugnantia enim sibi mutuo non conueniunt. Sed hæc forte argutiora sunt, illud autem longe necessarium ad dicendi facultatem, quæstionis terminos per locos dialecticos ducere, quemadmodum Rodolphus secundo

*De locis.* libro dialectices, locis aliquot ostendit, Ut genera, species, differentias, propria.) Capita locorū summatim recenset eo ferè ordine, ac iisdem nominibus, quibus idē author libro tertio rhetorices suæ fusius eos docuit. Nos, vt lectori specimen tantū artis huius indicaremus, singulis exēpla aliquot subiecimus, longior tractatio aliunde queratur. A genere itaq; argumenta ducimus ad firmatioν ac negatiua hoc pacto: Si dialectica ars est, discetur exercitatione. Item, non est virtus in hominē,

*Genus.* igitur ne q; continentia. Maxima est: de quo genus negatur, de eodem & species & inferiora omnia.

*Species.* A specie ad genus affirmatiue sic: Est consul, igit magistratus: continentia est, igitur virtus. Maxima

Ina cui species tribuitur eidem genus. **Differentia Differentiae**  
 est qualitas qua rerum species inter se differunt. Ex  
 ea argumentum sumitur in utrangi partem, ut Py  
 gmaei ratione vntuntur, igitur homines sunt, eadē  
 carent Satyri, igitur homines non sunt. Maxima  
 huius loci eadē est cum loco finitionis. A proprio **Proprium.**  
 argumentum est périnde atq; à differētia: veluti,  
 si tyrannicidæ proprium est ciuitatem liberare ty  
 rannide, Brutus tyrannicida est, liberauit enim ci  
 ues tyrannide. Maxima hic eadem cum loco supe  
 riore. **Accidentia** sunt, quæ alijs inhærentia vel ad- **Accidentia.**  
 hærentia, alijs adiacentia vocant, Cicero adiuncta.  
 Hinc argumentorum magna copia & maior varie  
 tas, ob id quam rationem habeant probandi, dici  
 facile non potest, nec vna lege omnia possunt cer  
 seri. Sumitur autem argumentum ab accidētibus  
 quando ab eo quod subiecto inhæret probatio du  
 citur. Sic Aristoteles colligit solem non esse igneū  
 quod colore m habeat non igneum, nec reliqua a  
 stra esse ignes, quoniam calida non sunt. Et alibi:  
 Vanum esse commentum de mundi concentus,  
 Quod orbes illi sonum edere nequeāt. A diffinitio **Definīcio;**  
 ne argumenta sumuntur in utrangi partem, ut fisa  
 crilegiū est à loco sacro quippiā surripere, sacri  
 legus est qui deorū delubra spoliāt. Itē negative:  
 Si summum bonum est quod per se ex petitur, o  
 pes quæ alterius gratiā expetuntur, summum bo  
 num non sunt. Maxime huius loci modo memini  
 mus. Partium multiplex est conditio: aliæ enim **Partes.**  
 sunt integrantes, ex quibus tale argumentum est:  
 Tecto caret ac pariere, igitur zedes non sunt. Aliæ  
 sunt substātiales ex quibus sic collimus, atim  
 caret igitur animal non est, id ex forma est. Item

## TRAPEZVNTII

ex materia: Utinam ne in nemore Pelio cecidissent abiegnæ ad terram trabes, non esset facta illa nauis Argo. Affirmatiuum argumentum tantum verisimile est: Ut habent Indi aurum, habent ferrum, quare nec moneta nec armis carent. Maxima est, si partes desunt, integrum esse non potest. Notæ sunt rerum vocabula, quæ ab Aristotele ~~oīūcōa~~ dicuntur, & ab alijs etymologia, quam Cicero notam & notationem transfert, originationem Fabius: Rodolphus nomen rei. Hinc probatio erit, si ex vi vocis argumentum sumitur: veluti si quis Solem solum inter astra lucere dicat, aut astra ignes esse à nomine æther, quod si ab ~~oīūcōa~~ est ut dixit Anaxagoras, in cœdium significat. Verum hæc argumenta urbanitatis aut ridiculi gratia sæpius adhibentur: vt si quis dicat (quemadmodum apud Aristotelē est) in eum cui sit nomen Polus, semper tu polus es, mutabilem enim significat. Aut si quis leges quas Draco tulit, non hominis, sed draconis esse dicat. Maxima est interpretatione nominis & nomē ipsum, candem vim habent. Antecedentia sunt, quæ rem quampliam necessario aut verisimiliter antecedunt, vt curatione m morbus, pugna victoriam, partum concubitus, consuetudinem, colloquia & congressus, cedem odium, eruditio, labor, vigilia. Huiusmodi in omni quæstione diligenter consideranda sunt.

**Antecedentia.** Ducimus autem argumenta à consequenti ad antecedens necessaria affirmatiue, vt si cinis relatus est incendium præcessit, si eruditio studiorum, si cedes, odium aut ira fuit, si pœnitentia errorem fuisse oportet: Si ab apostolis hominibus peccata re-

**Consequen-**  
**tia.**

**Note.**

ta remittebantur , confessionem delicti p ræcedere oportuit. Ab antecedentibus ad consequentia argumentum affirmatiuum non semper necessarium, negatiuum fere semper : vt error non fuit, igitur nec pœnitentia , affirmatiue non sequetur nisi verisimiliter . In ijs quæ tempore antecedunt & consequuntur: Maxima est, si consequentia sunt, p ræcessit aliquid. Quæ vero naturali ordine inter se referuntur, ut superiora & inferiora, eam habent maximam quam genus & species. Verum hic locus & si per omnes alias dispersus est, non erit tamē inutile sub hoc nomine aliquando argumentum querere. Causa est cuius vi ali- *Causæ* qd evenit, & sunt quatuor: materia & forma quæ pertinēt ad locum partium, efficiens & finis quæ sunt huius loci. Ab effidente negatiuum argumentum necessarium est, vt non fuit exercitus, igitur non est commissa pugna. Telo ac ferro curvit, igitur hunc non occidit, affirmatiuum non semper necessarium, vt si artifex sit, opus proinde eise non sequitur. A fine autem huiusmodi *Efficiens*, *Finis*, sunt:

Quod mihi diuitiae si non conceditur vti? Finis enim diuitiarum usus est. Et, si beati fieri nō possumus, quid virtutem sequimur? Et, si disci nequit adolescentia, frustra homines discunt dicendi p ræcepta. Huc spectant ea quæ ab utili & honesto sumuntur. Maxima est, vnamquaque rem à causis esse spectandam. Effecta sunt quæ à causis oriuntur, vt à sutori calceus, à pictore pictura, ab arbore fructus, à parente proles, à doctore discipulus. Hinc argumenta sunt huiusmodi *Effecta*, *dū*

## TRAPEZVNTII

di: bonus parēs, quia bonus filius, mali corui, malum ouum, & cæterā. Maxima est, causas ab effe-  
ctis non separari. Coniuncta sunt, quę ut plurimū  
accidere solent, vt pallor ægritudini, morbus senectuti  
aut morum difficultas, cædi iurgium, contem-  
tio, inuidia, odium. Ab his coniecturalia sunt ar-  
gumenta: vt si laborare eum dicamus qui crebro  
suspirat, illum occidisse qui pridie cum occiso ini-  
micas habuit contentiones. Sunt huius loci signa  
verisimilia, vt amat qui osculatur, & necessaria, vt  
viuit qui spirat, à Rodolpho contingētia hæc di-  
cuntur. Spectant etiam huc, locus, tempus, conne-  
xa. Maxima est, ex adiunctis adiuncta debere per-  
pendi. Patria, maiora, minora, uno nomine compa-  
rata dicuntur. A pari huiusmodi argumentū est:  
Si imperator aliquando vincitur, cur non etiam  
orator? Arte eligitur gubernator, igitur & magi-  
stratus: & si vobis locare turpe non est, nec nobis  
cōducere. Maxima est, æqua paribus conueniūt:  
A maiore argumentum ducitur, cum id quod mi-  
nus est infertur: qui sacrilegium facit, faciet et fur-  
tum: si ne dī quidein omnia sciunt, quo pacto ho-  
mines! Maxima, quod in maiore non valet, valet  
nec etiam in minore. Dicitur argumentum à  
minore cū id quod maius est infertur, vt qui fur-  
tum facere noluit, hunc sacrilegium commissurū  
putas? & an tibicines ī qui fidibus vtūt, suo nō  
multitudinis iudicio, cantus numerosū moderan-  
tur, vir sapiens qui multo arte maiore præditus,  
non quid verissimum, sed quid vulgus velit exquā-  
ret? Item apud Comicum

Hic tam paruæ consuetudinis

Causa, huius mortem fert tam familiariter:

Quid

Quid si ipse amassete quid mihi hic faciet patrie  
 Maxima est, quod valet in re minore, valet quoq[ue]  
 in maiore. Contraria hic accipies omnia opposi- Contraria,  
 ta, præter relativa. Ducuntur ab his argumenta-  
 quæ sola rhetores enthymemata vocant propter  
 excellentiam, ut illud: Cum fatentur satis magnâ  
 vim inesse virtüs ad miseram, non fatendū est ean-  
 dem vim inesse virtuti ad beatam vitam et apud  
 Aristotelem: Si bellum horum malorū causa est,  
 per pacem emendabimus. Si quod scis prodest,  
 quod nescis obest. Maxima est, contraria contra-  
 rīs conueniunt. Repugnantia sunt, quæ nec co- Repugnan-  
 hærere, nec eidem conuenire possunt. A contra- tia,  
 rīs differunt quodd horū vnum vni duntaxat ad-  
 uersum est, hic plura vni, aut vnum pluribus, ut  
 ebrietas continentia studio, vigilijs labori repu-  
 gnat. Ab his argumentamur negative, ut si auar-  
 us est, nō comessatur. Si voluptuarius, literarum  
 studiosus non est. Si inimicus, non prodest. Si di-  
 es, non sunt tenebre. Maxima propositio huius lo-  
 ci est, vni repugnantia non conuenire, nec cohæ-  
 tere. Ut, inquam, omnia hec, quæ intrinsecus sunt aspici-  
 as.) E locis quos huc usque Trapezuntius recen-  
 sit ducuntur argumenta artificialia, quæ arte ac  
 ingenio differentium ex cogitatur, dicuntur que  
 à Cicerone in eo ipso de quo ambigitur hærere.  
 Quare Trapezuntius huiusmodi locos intrinse-  
 cus rem aspicere dicit. Quod quidem cum Rodol-  
 pho non pugnat, apud quem illi ipsi quos hic Tra-  
 pezuntius intrinsecus hærere dicit, dividuntur in  
 internos & externos. Nam Ciceroni & Trapezun Argumenta-  
 tio interna dicuntur, quæ ex ipsa causa ingenio di- aut ex ipse  
 centis singuntur. Quæ vero aliunde adseruntur, questione  
 o ut sunt

## TRAPEZVNTII

usq[ue]nt aut ut sunt testimonia, preiudicia, fama, timores, to[m]enta, iusurandum, probationes sunt  $\alpha\eta\chi^{\text{vni}}$ , id est, inartificiales, non quidē ob id quod arte trascari non possunt, extenuantur enim aut amplificantur artificio: sed si desunt à differētibus ea ex cogitari non possunt, atq[ue] ob id Ciceroni & Trapezuntio extrinsecus hærere dicuntur. Quemadmodum si Helenam quis longe pulcherrimam esse afferat, quod dei filia, quod per tot discrimina terrae maris que Paris ad eam rapiendam profectus sit, quod tot Græcorum principes tot copijs, tot classibus, repetitum venerint, decenalem obsidionem sustinuerint, artificiales erunt probations. Ex locis enim causatum & destinatum qui intrinsecus sunt, hoc est, cum re coniuncti, dicuntur. Quod si (ut apud Isocratem est) pulcherrimam esse dicas quoniam Theseus ita iudicauit, inartificiale est, id est, aliunde extra causam assumitur. Habent autem inartificialia illa longe maiorem vim, præsertim si magnæ autoritatis viorum aut deorum fuerint testimonia: ut de Socrate. Si quod sapiens fuit dicere velis, fortius erit, quoniam ita iudicarit Apollo, quam si cum philosophiz continenter operam dedisse diccas. Sic in sacris, quod confitendum sit, efficacius erit, quoniam ita Iacobus apostolus præcepit, quam si dicas, hominibus remittebantur peccata, confitebantur igitur. Prolixius hæc recensimus, quo studiosia aditum qualem cunque ad dialectices vsum patesceremus. Argumenta igitur omnia aut foris assumuntur, ut hoc verum est, dicit enim Marcus Cato: aut in rebus sunt, ut bonus est, quoniam boni parentis filius. Nec te quoniam

Iacobi v.

10

niā res est ardua deterreat.) Ab utilitate ac facilitate locorum breuis commendatio est. Summam enim utilitatem dicendi eleganter, ac inueniendā expedite cum ea facultate cōiunctam, quam dat exercitatio, continent. Ut enim vius legendi lectioñem paulatim reddit faciliorem, ac emendatiorem, paulo'que post absolutam. Sic crebra locorum usurpatio facit, ut illi ipsi loci qui questionibus explicatis aptiores sunt, vltro se se offrant. Nam quemadmodum qui literas sciunt.) Aptā similitudo sumpta ē literis: Nam ut argumēta omnia infinitaçōē locis sunt, ita literis nō amplius xxiiii. unaquæcōē vox cōtinetur. Quinetiā Aristotleles locos argumētōē, seu (ut ipse loquit̄) enthymema tum ii. & rhetoricoꝝ ~~τεχνη~~ vocat, q̄ nomine quoq̄ literas significant Græci. Est autē (ut videtur) hoc simile desumptum ex secundo libro Ciceronis de Oratore, vbi de inueniendo disputatur, quo loco sic Antonius ait: Ac tibi sapienter monēti L. Crassū libenter assentiemur, vt singularum causarum defensiones, quas solent magistri pueris tradere, telinquamus, aperiamus autē ea capita, vnde oī ad omnem causam & orationem disputatio ducitur: Neque enim quoties verbum aliquod scribendum est, nobis toties eius verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ, nec quoties dicenda causa est, toties ad causæ seposita argumenta reuolui nos oportet, sed habere certos locos, qui vt literæ ad verbum scribendum, sic illi ad causam explicandam statim occurrant. Omnes igitur loci unde ad syllogismos medium queriuntur) Eisdem locis oratores vntuntur quibus dialeçtici. Quare qui rhetorica tractant hos etiā expouñit: vt Cicero libro secundo de

## TRAPEZVNTII

oratore, & Fabius libro quinto. Aristoteles quoque libro secundo. Quod vero alios quosdam personarum addunt, & quas circumstantias vocant, quod sub ijs nominibus argumentum aliquoties inuenitur citius, id factum est. Cæterum natura ab his quos ante recensuimus discreti nō sunt. De qua re larius videatur Rodolphus circa finem libri secundi. Non enim aliud perfecti, aliud imperfecti syllogismi medium.) Medium dicitur argumentum & instrumentum faciendæ fidei, quoniam duo illa, quæ Aristoteles τὰ ἀξόνα, id est, extrema vocat, coniungit: est' que semper si syllogismo uti velis, medius terminus. Nam sicut in re parum cognita ratiocinari oportet absolutius.) Si argumentum huiusmodi fuerit quod non satis quale sit (nisi omnibus suis partibus diligenter ac fuse rationibus confirmationibus que aperiatur) intelligitur, syllogismo Libro v.ca. Fabio autore uti nefas non est, vt amplissima illa ratiocinatio apud Ciceronem multis partib<sup>z</sup> tractata, in principio refutatiōis pro Milone: Quod si duodecim tabulæ, & cætera, usque ad eum locum: est ergo hæc iudices: quam rem Fabius animaduerit libro quinto capite ultimo. Sic in re aperta propositionum altera fastidium patit.) Ad eundem modum Aristoteles secundo Rheticorum. Non enim, inquit, sumentem aut longe, aut omnia oportet colligere. Nam alterum propter prolixitatem obscuritatis est, alterum quoniā ea quæ manifesta sunt, dicuntur, nugationis est. Et paulo post: Si quid eorum perspicuum fuerit id dicendum non est: vt quod Milorecte fecerit, satis erit dicere oratori: quoniā vim illatam repulit. Quod autem vim à se repellere liceat, auditoribus relinqueren-

quendum est, ex se enim hoc adferunt. Sed cum tribus constet ratio[n]atio propositionibus.) Syllogismus imperfectus aut propositione, aut assumptio[n]e cum conclusione constat. Quod si in antecedente & consequente idem fuerit subiectum, deesset proposicio maior, si idem prædicatum, minor.

Verum quod Trapezuntius admonet, spectandum *Vt̄ra propo-*  
*esse ex vtra potius propositione colligendum sit, sitio omitem-*  
*mediocris erit iudicij. Quis enim non videt huius da in enthys-*  
*consequentis: Ego hominem non occidi, hoc po-*  
*tius fore ante cedens. Quo tempore hic occisus*  
*est ego in provincia sui, quam illud: Qui in pro-*  
*vincia fuit, eo die hic cædem facere non potuit.*  
*Ob id hic nō tam canone quam iudicio opus est.*  
*Veriorem enim aut certiorem præponendam*  
*non perpetuo verum erit. Ad hæc quoniam simplicis*  
*conclusionis consequens alterius consequens fit antecedens.)*  

Recenset obiter eam argumentandi formam,  
 quam Græci σωπύτης καὶ κλίμακα vocant, Latini a. *Σωπύτης.*  
 ceruum & gradationem. Ea est argumentatio in *κλίμαξ.*  
 qua multa sumuntur, vi ex primo inferatur secun *Gradatio-*  
 dum, ex secundo tertium & ita deinceps, ut quod  
 omnium postremum est, cum primo coniunga-  
 tur, seu dum continuo prioris propositionis præ-  
 dicatum, aut annexum, sequentis fit antecedens  
 aut subiectum: ut apud Ciceronē quinto Tuscu-  
 lanarum Quæstionum. Atque omne bonū læta-  
 bile est: quod autem lætabile, id prædicandum:  
 quod autem tale, id gloriosum: si gloriosum, cer-  
 te laudabile: quod autem laudabile, profecto eti-  
 am honestum: quod bonum igitur honestum. Vj  
 des hic postremum cum primo coniunctum: Fit  
 etiam vbi conclusio non apponitur, vt:

## TRAPEZVNTII

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.  
Tradidit hanc argumentandi formam Aristoteles in predicamentis: Quando alterum de altero,  
et cetera: notus enim locus est. A' syllogismo dif-  
fert, quod hic si perfectus est tribus partibus tantu  
perfectitur, gradatio certo numero non astringit.  
Numeratur etiā inter ornamēta sententiarū huic  
argumentationi nō multū absimilis: ut Africano  
virtus gloriā, gloria æmulos, æmuli morte pe-  
rerūt. Quanq' autem paulo ante huiusmodi argu-  
mentationes caput etiā vocari diximus: memine-  
Capitul.  
rit tamē puer apud artiū scriptores capov argumē-  
tationem esse superiori nonnihil diuersam, videl-  
lēt cum paulatim addendo aut minuendo nus-  
quam fisco, sed probo nec effici quicquam, nec  
destrui. De hoc sic est apud Ciceronem in secunda  
q̄estione Academica scriptum: Genus illud mi-  
nime in philosophia probari solet, cum aliqd mi-  
nutatim aut gradatim additur aut demitur. Sori-  
tas hos vocant, qui aceruum efficiunt uno grano  
addito. Huius exemplum erit si queratur, septem  
multāne an pauca sunt: Si pauca dixeris multāne  
erunt: si vnum addideris: deinde si alterū, si tertius  
& ita deinceps ad quemuis alium numerū. Quod  
si multa dixeris septem: paucae erunt si vnum  
detraxero: & sic deinceps, ut nec quantumuis ma-  
gnūm numerum multa, nec quemlibet paruum  
pauca esse dixeris. Sic quantum addendum aut  
demendum sit, ut diues, pauper, clarus, obscurus  
dicatur aliquis, aut multa pauca, magna parua, lo-  
ga brevia, lata angusta, quando dicantur, certum  
non habes. Captio igitur argumentatio capitus  
est quemadmodū Crocodelites, Ceratine, Dilem-  
ma,

ma, antistrephon, & id genus reliquæ captiunculae.  
Quos incidit explicita oratio.) Perstat in metapho-  
ra: Nemo enim dixit quibus incidit, apte redditur.  
Docet vero Cicero hanc eandem sententiam libro  
1. Rhetoricorum, & de Oratore libro 11. post tracta-  
tionem locorum. Ut in epistola ad Plancum Senatus non  
est, & cetera.) Locus est libro decimo epistolarum  
in ea, quæ incipit: Et si reipublicæ causa. Memini-  
mus autem supra enchy memata sæpe sic efferrî,  
ut quod probandum sit, primo ponatur loco, de in-  
subiungatur ratio, quod si inuertas forma erit sim-  
plicis conclusionis, ut: mirabiliter populus vniuer-  
sus, & cetera. Igitur Senatus non est tibi amicior  
quam tota ciuitas. Verum nisi pro confessu habere-  
tur a Populo Romano illum amari, qui te impu-  
blicâ liberare vult & potest: dein, Plancum eum es-  
se virum, popositioni non videretur satis accomo-  
data esse ratio. Sed inuenta implicite atq; inuolute con-  
scripta.) Inuenta seu argumenta tacite aliquoties  
ac breuissime orationibus inseruntur, aliquando  
vero argumentationes expositio, quo argumē-  
ti vis fusus tractata cerni queat omnibus suis par-  
tibus latissime explicatur, ut: Turcarum irruptio-  
nes semper timeamus quandiu incolumes sunt,  
oportet: aut fractis eorum copijs summa vi eos e  
confinio profligare debemus. At metum Barba-  
torum hominum cum possimus non sustollere, loge quimur bi-  
stultissimum est. Quare, nisi stulti esse velimus, extre-  
mis nostrorum viribus semel exterminabimus  
gêtem tam Barbaram. Hoc sic simpliciter eloquê-  
ris. Quoniam perpetuum imperium eorum sustinendu-  
non putamus, aduersum eos pugnemus: aut breui-  
us: Aduersus Turcas ne amplius nobis timori sint,

## TRAPEZVNTII

pugnandum est. Quod tamen non in omnibus.) Clavis  
sulam hanc superest opinor, aut aliud quipiam  
deesse. Siquidem cum eo quod sequitur non satis  
quadrat: Vniuersa enim, inquit, in quibus aliqua  
probationis vis est, ad syllogismum predicatorium  
possunt reduci, quod ea argumentationum diale-  
cticarum regula sit. Qua de re plura vide apud hunc  
ipsum libro tertio Rhetorices.

## DE DIFFINITIONE ET DIVISIONE.

**N**Vnc de diffinitione ac diuisione  
ne cōiunctim pauca dicamus.  
Nam ita se habent, ut alter alterius  
egere videatur. Nec enim nisi qui re-  
cta distributione usus est diffinire se  
unquam intelliget: nec unquam re-  
cte distribuere poteris, nisi quid sit  
quod distribuendū est, cōscripseris.

Diffinitio est coactæ in se atq; cō-  
plicatae rei breuis atque absoluta ex-  
plicatio.

**D**iffinitionum quatuor genera:  
*nū quatuor  
genera.* Substantiale, describens, per partitio-  
nem, per diuisionē. Nam qui plura  
faciunt,

faciunt ea connectūt quę aut ad hęc  
facile reducuntur, aut leuiora sunt q  
ut definitiones appellari possint.

Substantialis diffinitio est oratio  
quę id quod diffinitur, quid sit expli-  
cat, breuiter, & absolute cōplectitur.

Per partitionem diffinitio, est o-  
ratio quę per enumerationem par-  
tium breuiter & absolutè aliquod to-  
tum ostendit.

Per diuisionem diffinitio, est ora-  
tio quę specierum disiunctione bre-  
ui ac absoluta genus aliquod osten-  
dit.

Diuisio alicuius in partes suas est  
distributio, cius duo sunt genera: V.  
num, quod per se rem aliquam distri-  
buit: alterum, quod per accidēs parti-  
tur. Prioris rursum tres sunt species.

Duo genera  
diuisionum.

Generis in species, quę propriè di-  
citur diuisio, ut animal hoc rationa-  
o s le,

TRAPEZVNTII

Ie, illud irrationale: differētias etiā for  
mæ specieiq; nomine cōpleteūtum.

Totius in partes, quam partitionē  
propriè possumus nuncupare, ut do  
mus in fundamētū, in parietes, tectū.

Diuisio per  
accidens.

Vocis in significatiōes, quæ distin  
ctio appellatur, ut canis uel piscis,  
uel terrestre animal uel sydus.

Posterioris itidem tres sunt modi  
quo substantiā quæ subiicitur, per ac  
cidētia partimur, quæ subiecti in ac  
cidētia diuisio dicit, ut hoīm alii pii,  
alii impii. Quo accidentia per substan  
tias, quā accidentis in subiecta nomi  
namus, ut omniū quæ experūtūr alia  
in corpore, & alia in anima sita sunt.

Extremus, accidentis est in accidē  
tia distributio, ut candida omnia uel  
dura sunt, uelut lapides albissimi, uel  
liqueuntia, ut nix. Hęc accidentis in ac  
cidentia diuisio sola in alterutrū fep  
atur.

ratur, ut eorum quæ dura sunt, quedā  
alba sunt, ut lapis Parius, quædam ni  
gra, ut terebinthus. Et rursus eorum  
quæ nigra sunt, alia dura, ut ebenus, Canon diu  
sionis.  
alia liquentia, ut pix. His ita dictis cō  
muniter, illud mihi præcipiendū ui  
detur, diuisionem generis, & eam quæ  
secundum accidens est, in opposita  
semper fieri, & cum oppositionis spe  
cies quatuor sint, cōtraria comodissi  
me omnium adhiberi, cōtradictoria  
etiam, & quæ per priuationē & habitum  
dicuntur, non esse abiicienda, quæ  
vero relatiuē opponūtur, si rem per  
se diuidamus, nullum habere locū:  
si per accidens non omnino negli  
genda. Dicimus autē homines alios  
dominari, alios seruire. Item omnē  
diuisionē (ea excepta quæ uocem in  
significationes distribuit) nil oportē  
re plus minus uerbo continere.

Nunc

## TRAPEZVNTII

Nunc de diffinitione ac diuisione coniunctim pauca dicamus.) Plato vniuerlam dialecticam partitur in diuisiuam, definitiuam, & analyticen, id est, resolutoriā, quarum duæ priores ad thematis simplificis, vltima ad compositi thematis explicationem pertinent. Est autem diuidere ac definire vniuersitatem doctoris in sua professione. Nam quid planū aut solidum, seu quid circulus, axis, diagonus geometra dicet: quid absis, apogium, aspectus trigonus, aut tetragonus, aut quid Pleiades, Hyades, asterusue sint, nemo nisi astronomus.. Sic scriptor

**Diffinire** moralis, quid virtus, quid vitium. Verum dialectici tantum tradere canones ac leges, quibus operatur omnem diffinitionem, ac diuisionem perfici: locos etiam ostendere vnde & diuisiones & definitiones petendae sunt. Ut si quid voluptas sit queratur, monebit dialecticus hic primo loco genera lius quiddam querendum, genus nimirum, deinde aliud quo res genere similes, sed specie differentes secernantur. Quæ vero illa sunt non est huius artificis scrupulose perquirere. Diffinio est coactæ in se rei atq; complicatae absoluta explicatio.) Metaphora est in vocabulis coactæ ac complicatae. Nam quod definitur, in se conuolutum & conclusum vntantum voce ostenditur. Quod si oratione ea res, veluti vestis aut pugnus complicatus aperiatur, definiri dicitur: ut idem est homo, & animal intellectuale mortale scientiae rationis que capax: sed illud veluti manus in pugnum contracta, hoc ut ea quæ in digitos diducta est. Nam qui plura faciunt, ea connectunt.) Enumerant Boëtius & Georgius Valla, Victorinus, & alij nonnulli definitionum formas lōge plures, in quibus si qua sunt quæ

**Coactum.**  
**Complicatum.**

que ad nostrū institutū facere videntur nō negli-  
gemus. Substātialis diffīnīcio est oratio quē id diffī-  
nīkūr.) Hanc ὀρούσαν Græci, Scholæ essentialeū  
vocant. Legebatur autem hic definitum, also sen-  
su, nos definitur rectius legendum putamus. Sic  
enīm à Cicerone dicitur: Defīnitio est oratio quæ  
id quod defīnitur, quid sit explicat. Vocat autem  
Aristoteles & perfectam rei essentiam, quæ ge-  
nere ac differentia explicatur: Latinorū nonnulli  
quidditatē vocat, quorū est Hermolaus Bacbarus.

Per partitionem diffīnīcio est oratio.) De duabus his de-  
fīnitionum formis vide Ciceronem ad Trebatium.  
Differunt autē diuīsio & partitio, quod species &  
partes, integrum & genus. Sunt vero partes velu Partes:  
ti membra, vt caput, humeri, brachia, manus, pe-  
ctus, latera, crura, pedes. Species autem sunt (vt a. Species.  
pud Ciceronem est) formæ quas & Aristoteles  
& Plato & & vocat, vt iustitia, prudentia, species  
virtutis sunt. Confunduntur tamen specierum &  
partium nomina, ac proinde diuīsiois & partitio-  
nis. Vociis in significationes.) Hanc pārtiēdi formam  
Rodolphus nō satis bene diuīsionis vocabulo no-  
tari scribit, quod scilicet ineptū sit, si dicatur: Tau-  
torum, alius mons, alius animal, alius sydus. Cæ-  
terum Ciceronem aliquoties diuīsionis vocabulū  
visurpasse videbis, si quādo vocis cuiuspiam signi  
ficata enumerat. Est & apud Platonem diuīsio in  
res significatas quod & Alcinous Platonicus an-  
notauit. Quo substantiam que subjicitur per accidentia  
partimur.) Huiusmodi sunt fere omnes diuīsiones  
quas Rodolphus Agricola ex pluribus locis diale-  
cticis querendas docet. Secundus modus est quo  
accidens quodpiam per subiecta diuiditur cuius  
etiam

## TRAPEZVNTI

etiam Rodolphus meminit. Et adiacentia, inquit, per subiecta, ut feritas, alia auis, alia serpētis, alia reliquarum beluarum. Apud philosophos non in frequens est hoc diuidendi genus. Hec accidentia in accidentia diuisio sola, in alterum commutatur.) Ex Boëtio id sumptum est. Sic enim ait in libro de diuisione: Sed huiusmodi diuisio vicissim semper in altera permutatur. Possimus enim dicere: Eorum quæ dura sunt, alia nigra sunt, alia alba. Et rursus: Eorum quæ liquida sunt, alia alba, alia nigra. Significatur autem posse in hoc genere diuisionis diuisum & illius contrarium, per easdem differentias diuidi: ut si album per durum ac molle sit diuisum, poterit & nigrum. Deinde singula membra in diuisum ac illius oppositum rursum posse commutari: ut si durum per album & nigrum diuisum sit, tam album quam nigrum in durum & molle possunt diuidi. Quædam nigra, ut terebinthus.) Terebinthi meminit Plinius libro decimo tertio, capite sexto. Arbor est ligni nigri eximijq splendoris & fidelis ad vetustatem. Ebeni autem ineminit idem libro duodecimo capite quarto: Est & huius matris solidissima, ut veligne abus mi vix queat, splendoris nigri & fine arte protinus iucundi. Nigrum autem habere solam Indiam testatus est poëta:

Sola (inquit) India nigrum fert ebenum.

Pariū mar mor. Quædam alba sunt ut lapis Parius.) Marmor intel ligit ex Paro insula, quæ una Cycladum est circa Delum & Siphnum, authore Plinio & Ptolemio. Laudatur ex ea marmor quod alio nomine m. Vat ro lychniten vocatum scribit: quod ad lucernas in cuniculis cæderetur.

Vetus

## DIALECTICA.

112

Verū cum uocē in sua significata  
distinguimus, ea cōplete nonnunq  
sufficiet, quę ad rem nostram faciūt.  
Est autem omnis distinctio duplex: *Distinctio.*  
Nā aut unius ac simplicis ē termini  
quę distinctio æquiuoci dicitur, aut  
orationis, quam ἀμφιβολογία Græci, nos  
ambiguum dicimus, ut:

Aio te Aeacida Romanos uin-  
cere posse.

Ambiguū adiectione termini, uel  
mutatione orationis, aperiendum.

Æquiuocū si institutiōe æquiuo-  
cū est, ad grāmaticos cōfugiendum.  
Dicimus aut̄ æquiuocū, quod nec ac *Æquiuocū.*  
centu, nec aspiratiōe, nec genere, nec  
orthographia, nec numero distingui  
potest.

Sin modis quibusdam ad multipli-  
ces uariasq; res terminus applicari  
potest, aut ex se solo, aut ex adiuncto  
potius

TRAPEZVNTIR

potius huiusmodi uim habere dici-  
tur. Primi distinctio, non unius do-

*Modi signi-  
ficandi.* ctriñæ: Multa enim aliter physicus,  
aliter primus philosophus, aliter dia-  
lecticus, aliter orator exponit. Quā  
obrem insanire mihi uidentur non-  
nulli, qui adeo rudes atq; indocti sunt  
ut audēat asserere dialecticum æqui-  
uocationem effugere non posse, nisi  
singulorum uerborum uim ac pote-  
statem optime nouerit, quæ à gram-  
maticis traditur: quam si apprime-  
tenuerit, æquiuocis ipsum implicari  
non posse. Raro enim & penè nun-  
quām multiplici significatione uer-  
bi dialecticus aut decipit, aut decipi-  
tur. Modi ergo quidam sunt qui etiā  
eos ipsos qui ratiocinantur, fallunt,  
quæ eos distingueret, unius non esse  
disciplinæ Aristoteles ostendit, qui  
multa in physicis ut naturalis, q; mul-  
ta in

DIALECTICA.

ta in prima philosophia ut meta-  
physicus, multa in ethicis ut mora-  
lis, nonnulla in dialecticis ut logicus  
distinxit.

Verum ut quale sit quod diximus  
pateat, exemplis utamur. Infinitū di-  
cimus, cuius terminum inuenire nō  
possumus, unum ergo significat, sed  
tamen alio quodā modo continuū,  
alio discretū, infinitū dicimus. Et hoc  
quidē appositione, illud diuisione in-  
finitum asserit Aristoteles. Tempus  
autem utroq; modo (quis si quis co-  
tinuum non diuisionis termino, sed  
magnitudinis infinitum fingit) non  
diuisione solum, verum etiam appo-  
sitione infinitum dici posset.

Item, unum in physicis quidem vnum.  
Aristoteles continuo dicir, ut linea  
una, indivisibili, ut punctus unus, ra-  
tione, ut unum, uappa. In quinto pri-  
p. mæ phi.

## TRAPEZVNTH

mæ philosophiæ secundū se, & secundum accidens unū distinguit. Eiusq;  
quod unum secundum se est, multos  
subiicit modos, ac dialectici nume-  
ro, specie, genere (ut Cicero, homo, a-  
nimal) unum dici perspicerunt. Ita  
cum unum sit quod à cæteris sciun-  
ctum sit, ipsum secundū unum quod  
indivisibile est, hac una eadēq; signi-  
ficationē semper dicit, modus uariat.

Alterum modum multiplicis di-  
ximus, cum nō ex se, sed ex adiuncto  
terminus adeo uariis atq; multiplici-  
bus modis sumitur, ut non eandē po-  
testatem, sed aliam atq; aliam haber-  
re uideatur, ut homo cum dico, quid  
significet uides, pro quo accipiatur,  
ignoras. Si disputat: aut, si species est,  
adiunxero, aliter atq; aliter accepisti.  
Has suppositiones iuniores appela-  
rant. Quas si quis penitus tenere cu-  
piat,

*Suppositio-*  
*nies.*

piat, dialecticos qui ea de re multa &  
protensa uolumina cōscripserunt, di-  
ligēter euoluat. Nobis solum admo-  
nuisse terminorum acceptiones ex  
adiuncto mutari sufficiat. Nam eius  
rei diligētior doctrina & longior est,  
& ad usum oratorum affert pene ni-  
hil. Viderint etiā ne complura eius-  
modi non ad usum, sed abusum inic-  
ta sint. Quod si q̄s putauerit in sta-  
tu legitimo per ambiguū ἀμφισολογίαν  
huiusmodi posse incidere, cum id us-  
su euenerit, dialecticos consulat: nos  
quoniam raro ac pene nunquam ac-  
cidere putamus, tam lōgam atq; ob-  
scuram doctrinam prætermisimus.  
Et hæc quæ diximus eò tendunt, ne  
tu etiam sicuti omnium rerum igna-  
ri, ad dialecticas ἀμφισολογίας, & equiuoca-  
tiones, grammaticum putas multa  
posse conferre.

## TRAPEZVNTII

Nam aut uniuersus est ac simplicius termini.) Est vbi singule  
Aequiuocatio. voces ambiguitatem faciunt quæ Græcis διμηνίαι  
dicitur, recentiores & quo uocationem vocant, quā  
do rerum aut personarum plurimis, vna est appellatio: ut raurus bouis, & in Cilicia mōris, item sy-  
deris quod inter duodecim signiferi orbis signa  
numeratur secundum, vere cum sole exoriens. Sic  
Censorius, & ille quoq; qui se vnicæ interfecit, dī-  
ctus est Cato. Est etiam vbi dictiones alio sensu  
integram sunt, alio diuisæ, velut ingenua, coruina,  
armamentum. Apud Aristotelem in elenchis diuisi-  
onis et cōpositionis ambiguitas dicitur. Huiusce  
vocabuli discretionem Rodolphus enumeratio-  
nem vocat, Boëtius partitionem & equiuocatiōis.  
Aut orationis, quam ἀφιβολούσεται Græci nos ambiguum  
dicimus.) Nascitur etiam ambiguitas ex integrō  
Amphibolo. orationis cōtextu quæ ἀφιβολούσεται à Cicerone, ab  
Aristotele ἀφιβολεῖ nominatur, quod Fabius am-  
biguum transfert. Fit autem multis modis: aut  
lib. 7. ca. 10 per casus, cum infinitum utriq; accusatiūm ha-  
bet: vt, audio Demeam percussisse Lachetem: aut  
vocum dubia disiunctione, vt:

Quinquaginta vbi erant centum inde occi-  
dit Achilles.

Vide Fabium libro septimo & Diomedē libro se-  
cundo de figuris. Dico te Acacida Rhomanos uincere,  
etc.) Enī versus est, quo finxit Apollinem Pyr-  
rho regi Epyrorarum Delphis responsa dedisse.  
Ceterum Plutarchus diligens in primis scriptor  
huius non meminit negaturq; à Cicerone lib. secū-  
do de diuinatione, & quod Apollo Græcæ, non La-  
tinæ locutus esset, & quod Pyrrhi temporibus de-  
sūllet versus facere. Est autem Acacida vocatiuus  
Græco-

Versus A-  
pollinis.

Græcorū consuetudine, à nominatio Aeacides,  
 quod Pyrrhi patris nomen fuit. Ambiguū adiectione  
 termini, vel mutatione orationis aperiendum est.) Solui Amphibolo-  
 tur amphibologia termini adiectione, quando du g̃e solutio-  
 bicatur utri ante cedentium duorum, sermo subiū  
 etus sit: vt volo h̃eres meus det vxori meæ aurū  
 quod elegerit. Dubium est an vxor an h̃eres aurū  
 eligeret: adiectione soluitur, volo quod h̃eres det v-  
 xorū aurum quod ipse elegerit, aut ipsa. Mutatione  
 casuum soluitur, dum ex duobus accusativis al-  
 ter in ablativum vertitur. Ferunt Demosthenem  
 cieisse Aeschinem. Soluitur, Aeschinem à Demo-  
 sthene pulsū aiunt, Tollitur etiam orationis am-  
 biguitas distinctione scripturæ, vel mora pronū  
 ciationis, vt moriturus iussit poni statuam aureā  
 hastam habentem: distinctione sublatum dubiū:  
 Iussit poni statuam, auream hastam habētem. Vi-  
 de Aristotelem in elenchis & Fabium in statu le-  
 gitimo per ambiguū. Aequiuocum si institutiōne æ-  
 quiuocum est, ad grammaticos configiendum est.) Dicitur Aequiuocum  
 æquiuocum ex institutiōne, quod plura significat, duplex.  
 Non similitudine quadam aut metaphora: vt ho-  
 mo pictum & verum hominem significat, sed q̃  
 iuxta rebus diuersis absq̃ vila cognitione conve-  
 nit, quomodo gallus hominem & auem & instru-  
 mentum sutorum significat genere foeminino.  
 Hoc in scholis à casu, illud à consilio æquiuocum  
 dicunt. Dicimus autem æquiuocum quod nec accentu.) Si  
 vox quæpiam in multis significatis adeò sui simi-  
 lis sit, vt nulla nota discerni queat, ea æquiuoca  
 est, hoc est, vt nec accentu distingui queat, sub q̃  
 tempus et tonum comprehendere: vt mālum quod  
 pomum, & mālum bono contrariū, non est æqui-

## TRAPEZVNTI

vocum: tempore enim differunt. Sic ēdo & ēdō.  
Item quod tono differt equiuocum non est, ut vē  
re & vere, sic pōne verbum, & aduerbiūm pōne.

Nec aspiratione.) Differt aspiratione atra ab hora,  
ora ab hora. Nec genere.) Quare fīcus & si more  
bum & fructū significet, non tamen æquiuocum  
est, genere enim differt, ut illud:

Dicemus fīcos, quas scimus in arbore nasci.

Dicemus fīcos, Ceciliāne tuos.

Sub genere etiam comprehendē dīversitatē par-  
tium orationis, ut amor verbum & nomen. Sic  
mane temporis aduerbiū, & imperatiui modi  
verbum. Nec orthographia.) Orthographia distin-  
guitur quæstus per diphthongon à quæro & que  
stus e simplo, à queror. Item situs, cītus & scitus.

Nec numero.) Ut aëdes singulariter pro sacro loco  
& pluraliter pro prophano. Sub numero vero cō  
prehendere licet casum, ut tribus datiuī casus &  
ablatiuī, à nominatiuo tria, et trib⁹ nominatiui ca  
sus. Etiam declinationem, ut opus operis & opus  
opuntis: anus vetula, quartæ: & corporis obsec  
na pars, secundæ inflexionis. Horum igitur nihil  
est ðuovum: siquidem semper nota aliqua pro di  
uersis significatis distinguitur. Sin modis quibusdam  
ad uarias & multiplices.) Est aliud homonymiæ ge  
nus, cum vocabulum nō institutione multa signi  
ficat, sed ductu quodā in significationē affinem  
transfertur: ut plerasq; voces aliter sumunt diale  
ctici, aliter physici, aliter mathematici, aliter me  
dici, aliter alij. Quo sensu à Fabio dictum est, nul  
lum esse verbum quin philosophis multiplex es  
se videatur. Fit autem hoc bifariam, aut ex se solo:  
ut virtus à grammatico accipitur, quod nomē sit  
gene-

generis sœminini, declinationis tertiaræ, id significans quod Grecis ἀριθμός. A' dialectico vero quod genus sit aut species, subiectum aut prædicatum. Alter modus, cum ex adiuncto diversitas oritur, ut si dicas: virtus expetenda est, virtus qualitas est, ut genus: aliter ac aliter vocem accepti. Quæ acceptiones vulgo suppositiones dicuntur. Et hoc quidem appositione, illud diuisione.) Quemadmodum in Numeris hec numerorum aceruatione nusquam fistimus: ubi finimus. enim ad decades peruenimus, semper numerum reflectimus, id est infinites, hoc est, toties non fit, quin sepius fieri possit: sic quoq; in magnitudine Magnitudo seu quantitate continua dividenda nusquam confiniatur. fistimus. Verum illud mathematicorum suo quoddam iure sit, & quidem imaginatione: ut circumsum cuius ambitus quamvis vix trium pedium est, partiuntur in partes ccclx. dein singulas in lx. quæ minuta prima dicuntur, & horæ vnumquodq; iterum in lx. quæ minuta secunda vocantur: sic deinceps diuisione sexagenaria, secundum unitatem in infinitum crescentem. Tempus aut utroq; modo.) Tempus ex tensione seu duratione infinitum dicuntur his, quibus mundus nec initium coepit, nec finem habiturus est: qua ratione infinitatem habet cum numero. Semper enim solis & reliquorum astrotum conuersiones rediterantur, ac præteritis addunt, ut hora, horæ: dies, diei: annus, anno continuo succedit. Itaq; tempus in infinitū dicuntur crescere successione, ut numerus additione. Dicitur etiā infinitū partibilitate. Annū enim sive menses, & hoc in dies: dies in horas dividimus, & has in minuta: in quib; rursus in infinitū progredimur diuisione sexagenaria per unitate crescēte,

# TRAPEZVNTII

vt supra diximus. Item unum in physicis quidem Aristoteles coimmo dicit.) Aristotelis verba primo libro naturalis auscultationis sic habent: Λέγεται δὲ ἡ οὐνική ἡ ἀσθετικὴ, ἡ ὥν ἡ λόγος ὁ καὶ τὸ, καὶ ἡ ἡ τὸν ἡ τὸν, ὡντὸν, πλέον ἡ, σὺντο, hoc est, vnum dicitur partim cōtinuo, partim indiuisibili: partim ea quoq; vna ratio vnumq; esse est, vt vinum, merum. Cæterum ratione vnum dicimus synonyma, aut duo eiusdem rei noīa, vt vestis, indumentum: M. Tullius: homines mortales. In quinto prime philosophiae secundum se, & cetera.) Locus est in vulgata voluminū lectiōne libro v. in vetustiori, libro IIII. habent aut̄ verba eius in hunc modū: ἐνάγητο μάντησινδος, διοτι κίρικος θέτει μάντην. Et paulo post: Καὶ καθεῖται ἐν αὐτῷ πάντοιο τῷ μάντη τούτῳ τῷ εἶναι, διο τούτως μάντη, id est, eoz que per se vnum dicunt: hoc quidē continuo, ut vinculo fascia. Ac dialectici numero, specie, genere.) Dialectici vocat illud non vnum sed idem, nec est apud Aristotele i. Topicorum v, sed τοῦτο. Verba eius si qd̄ requirat, hæc sunt: Λέγεται δὲ τὸ τοῦτο ως τὸ πάντα λέγεται τὸ μάντη, ἡ ἀσθετικὴ, ἡ ἀσθετικὴ, ἡ τὸν, ἡ τὸν, hoc est, videatur vero idem ut exemplo dicatur, diuīsum tripli- citer, aut em̄ numero, aut specie, aut genere idem dicitur. Has suppositiones iuniores appellant.) Suppositiones vocum acceptiōes, vt cum dicitur, virtus hominem beatum efficit, aliud significat quam si dicas: Virtute Scipio hostem superauit. Hic certa virtutis species intelligit, ibi pro toto genere accipiēt ut isti loquunt̄, aliter & aliter terminus supponit. Definiunt autē in hūc modum: Suppositio est acceptio termini in propositione, pro aliquo vel aliquibus, de quo vel de quibus, huiusmodi terminus verificat mediante copula suæ propositionis.

Jadens.

### **Suppositio.**

QKOD

Quod si quis putauerit in statu legitimo.) Status seu cōstitutio aut ~~sacra~~ Græce, dicitur id quod orator si bi potissimum probandū constituit, seu quo probato statut, id est, causa perfecta est. Nascitur autem ex intentione accusatoris, & depulsione defensoris, vt: Occidisti Aiacem Vlysses, intentio est: quod si neget, non occidi, oritur quæstio an Vlysses occiderit Aiacem: qua probata in hanc uel illā partem causa perfecta est. Quare eadem statum seu constitutionem continet. Sunt autem status varij. Nam si factū negatur, conjecturalis dicitur: ut id quod superius posuimus, & apud Martiale:

Sedlis est mihi de tribus capellis,  
Vicini queror has abesse furto,

Hoc iudex sibi postulat probari.

Sin iure aut iniuria factum probatur, iure dicālis dicitur, vt: occiderit ne Clodium Milo iure. Est etiam vbi lis nascitur ex scripto, quæ constitutio legitima dicitur, cuius hoc loco Trapezūtius mensinit. Fit autem quatuor modis, inter quos vnos Confrictio qui status dicitur legitimus per ambiguum, cum legitima scriptum videlicet ambiguitatem, aut homony. per ambiguam continent: vt legauit quidam amico suo tau gum.

rum, post mortem ille petit servum cui Taurus nomine erat, haeres bouem legatum dicit. Interdu idem fit ex amphibologia: vt haeres meus vxori meæ centum argenteorum vasorum pondo quæ velit dato. Post mortem mater à filio petit magni fice cælata. Ille dicit se debere quæ ipse voler, non quæ ipsa. Verum haec controversia rantum nascitur ex amphibologia, aut synonymia: fere nunquia ex ea quæ ex his suppositionibus reliquisque vocū argutij est. Quare ad hanc cōstitutionem suppo-

## TRAPEZVNTI

fictionum tractatus, qui de suppositioē materiali,  
personalī, confusa, propria, naturali, accidentalē  
itē de copulationib⁹, significatiōibus, restrictiō  
bus alijsq⁹ vocū portentis inscribūtur, nihil adfe  
runt. Tam longam atque obscuram doctrinam pretermisi  
mus.) Vide authorem ad Herenniū libro 11. de con  
stitutione coniecturali quo loco acris oratiōe has  
Sophistarum nugas reprehendit.

Nunc quoniā de uocis significa  
tione diximus, pauca de partitiōe to  
tius etiā generis differamus, nam cæ  
terorum uel ex iis quæ dicta iā sunt,  
uel ex iis quæ dicentur, apertissime  
ratio constabit.

*Totum que  
tuor modis  
dicitur.* Totum igitur quatuor modis di  
citur: Specie, continuo, uniuersali, vir  
tute ac potestate.

*Partes.* Totum specie cum partimur, in  
substantiales partes partimur. Sub  
stantiales partes sunt, quibus unius  
cuiusq; substantia primo constat, ut  
materia & forma. Hoc modo dici  
mus hominem anima & corpore co  
stare.

*Totum*

Totum continuum in partes semper integrates scindimus. Integrates partes dicimus, quæ totum ita componunt, ut nō ad formam, sed ad materiam eius reduci videātur. Harum aliæ similes, aliæ dissimiles. Similes dicuntur, quæ sunt eiusdem rationis, ut caro, ossa, nerui, ceteraq; quibus animaliū corpora cōponuntur. Dissimiles, quæ nō sunt eiusdem rationis, ut homo in caput, thoracē, manus, & pedes partitur. In partiōe huiusmodi, prēter ea quæ de omni diuisione cōmuniter diximus, dāda ē opera, ne partes partiū commisceamus, nā qui hominem in pedes, thoracē, caput, brachia, manus & digitos partitur: aut cū dixit caput, oculos, aures, ceterasq; eiusmodi ad dit particulas, omnia confundit.

Totum uniuersale in individua discerpitur.

Postre-

TRAPEZVNTI.

Postremum est totum potesta-  
te: Id in uirtutes ac potestates scindi  
tur, ut anima in uegetantem, sensibi-  
lem, rationalem. Non enim generis  
in species uel differentias hæc distri-  
butio est, impermixtae nanque sunt  
species semper ac differētiæ: nec cum  
partibus suis continuum ullo mo-  
do prædicari potest. Nec est rei uni-  
uersalis in indiuidua, uel quoniā po-  
testates ipsæ genera non indiuidua,  
uel quoniam in indiuidua æquali-  
ter uniuersale descendit: uerū de to-  
tius disseparatione satis dictum est.

Totum spe-  
cie. Totū igitur quatuor modis dicitur, specie, cōtinuo.) Spe-  
cie totū dicitur quod materia & forma constat, vt  
homo, arbor, frutex, quæ partimur in formā &  
materiā, vt si arboris una pars dicatur lignū, altera  
vita: & hominis, aliud corpus, aliud anima. Specie  
aut̄ totū dicitur ob id, quod genus pro materia est,  
differētia vice formæ, ē quibus omnis species cō-  
stituitur. Totū continuū in partes semper integræs se-  
tinuo. Totū continuū dicitur quod mēbris con-  
stat quorū vnumquodq; auget & ad integrū per-  
fectionem facit, vt si orationem in exordium, nar-  
ratio-

## DIALECTICA.

119

sationem, contētionem & epilogum, diuidamus:  
aut hominē in caput, brachia manus, latera, pe-  
des, & cætera. Harum partium quædam similes *Partes dis-*  
*suas*, quas Græci ὁμοίων & ὁμοιότερος appellant. La-  
tini si. similares aut cognatas, non quidem quod in-  
ter se similes sint huiusmodi partes, vt nerui, ca-  
ro, ossa: sed singularum partes si iterum secentur  
similes sunt, nec alia re quam magnitudine diffe-  
runt: vt singulæ partes ossis sunt os, partes lignili  
gnum, lapidis lapis. Alij vero quas ἵππων, qua-  
rum partes si secundo diuidantur, non tantū ma-  
gnitudine differunt, sed figura, nec de his integrū  
prædicari potest, vt capitis partes singulæ caput  
non sunt, nec brachij brachium. Totum igitur cō-  
tinuum bifarium partiri possumus, in similares  
partes, vt si hominē in carnem, ossa, nervos, san-  
guinem, cutem, partiamur: aut in dissimilares, vt  
si per caput, humeros, brachia, pectus, pedes, diui-  
sum intelligamus. Sic arboris alia pars frondes, ra-  
ni, truncus, radix: & arboris aliud lignum aliud  
cortex, &c. Danda est opera ne partiū partes commisca-  
mus.) Membra partim turbato ordine, partim  
multitudine confundere, non diuidere est (vt Ci-  
ceronis verbis utar) sed frāgere. Decorus enim in  
rebus ordo seruādus est, que madmodum Plinius  
in historia membrorum animalium, à capite in-  
cepit. Partium uero partes recensendæ non sunt  
in eadem divisione, in qua præcipuæ partes enu-  
merantur. Nam qui terram incontinentem, insulas  
& peninsulas diuidit, ridicule hic addit, Asiam aut  
Africam. Sed noua partitione opus est, qua has ex-  
plicemus, quæ subdivisio vulgo dicitur, vt conti-  
nens terra in Europam, Asiam & Africam, diuidi-  
tus:

## TRAPEZVNTI

tur: quarum singulas iterum (noua partitione facta) in alias minores exponere licebit. quam pertinendi rationem obseruant etiam rhetores: ut Cicerone de laudibus Pompei primū tria illa recenset de genere belli, de magnitudine, de deligendo imperatore, quod postremum iterum alia divisione in quatuor membra diuidit. Totum uniuersale in in-

Totum uniuersale diuidit discipitur.) Vnuersale totum dicitur auctore Boëtio qđ singularibus constat in vnum collectis, vt homo ex Cicerone, Catone, Antonio ceterisqđ indiuiduis efficitur. Quare si dicat, hominū alijs Greci, alijs Romani, alijs Barbari, partitio erit totius vnuersalis in partes. Verum Rodolphus hoc genus enumerandi rectius divisionem vocauerit, quod infima species si indiuiduis comparetur, generis nomen obtinet. Postremum est totum potestatur. Desiderabatur hæc verba in omnibus codicibus, quæ si superesse contendas, pronomen id, referatur necesse est, ad indiuiduum: cui sensui ea, quæ sequuntur plane repugnant.

Divisio genera in species.

Generis autem in proximas species fiat divisio, nam qui dicit, substantia aliud animatum, aliud inanimatum, cum non in proximas differentias partit⁹ sit, nō recte diuidit: nam et si tam animatum quam inanimatum substantia est, nō tamen in hæc primo, sed in corp⁹ & incorporeum substantia-

Substantia scinditur. Deinde corpus  
in illa, & corpus animatum per sensi-  
bile ac insensibile, eoq; modo usque  
in specialissimas species . Primū igitur  
diligerenter aduertamus, ut in pri-  
mas species uel differentias diuisio fi-  
at: deinde ut species potius quàm dif-  
ferētias accipiamus. In species enim  
proprie genus nō in differētias scin-  
ditur.

Verum quoniā rerum species ple-  
runque nomine carent, maximeq; il-  
læ, quæ rursus tāquam genera disiun-  
gi possunt, quas subalternas nūcupa-  
mus, differentias specierum loco po-  
nimus. Nam cum differentia sit quæ  
aliud ab alio distare asserim⁹, omnis  
differentia ad diuisionem, quàmuis  
non omnem, idonea est.

Differentia igitur triplex est, quæ  
actu à subiecto separari potest, ut se-  
Differentia  
tribus modis  
dicetur,  
dcre,

TRAPEZVNTI

dere, stare, candidum esse, nigrū esse.  
Quę actu quidem non separatur, sed  
sola ratione, ac mente disiungī posse  
percipitur, quomodo album cygnū  
à nigro coruo differe uides. Et quę  
nullo pacto, non modo nō actu, sed  
ne mente quidem tolli potest, nam si  
tollitur, id quoq; perimitur quod ea  
re ab aliis differt, ut rationali à cæte-  
ris homo differt. Et si ratiōem ab eo  
tollass, nec homo quidem erit, quam  
differentiam solam in diuisione ge-  
neris adhibere debemus. Nam reli-  
quę, diuisioni quę per accidens fit, ac  
commodantur.

Lex diuisio  
nē.

Ipsas ergo substātales quas & spe-  
cificas appellari diximus, sub genere  
ponemus proximo, semperq; oppo-  
sitās ( ut iam dictū est ) inueniemus.  
Per præpositionem negationis cum  
uni tantum differentiæ nomen sit in  
ditum.

## DIALECTICA

ditum, ut numerorum alii primi si-  
cunt tres, sepm: alii non primi, ut no-  
uem: per contraria, ut colorum: alii ni-  
gri, alii albi, alii neutri: per habitum  
& priuationem, ut animalium alia ra-  
tionalia, alia irrationalia. Reliqua que  
relationis est oppositio, in divisione  
generis locum non habet. Adhac, or-  
dinem quendam retinere debet diui-  
sio, ut negatio semper postrema po-  
natur, affirmatio & habitus precedat  
nā & docemur facilius, & natura pri-  
or affirmatio & habitus est, posterior  
negatio atq; priuatio.

Divisione generis usq; ad species  
ultimas recte diducta, facile erit o-  
mnem speciem quæ primo generi sub-  
iecta sit substanciali diffinitione com-  
pleti. Constat enim diffinitio ge- Difinitio  
ratio.  
nere atq; differentiis. Quare nec ge-  
neralissima hac diffinitione, nec indi-

TRAPEZVENTIS

individuā substantiali differentia differre possunt. Cum igitur rem aliquam diffinire uolumus, facta diuisione superioris generis usque ad extremas species genus eius rei proximum primo, deinde eius generis diuidentem differentiam generi adiungimus: quæ si rei non exequantur, ita ut non conuertantur, tertiam adiiciemus, uel etiam quartam, quoadusque diffinitio nec plus nec minus, sed rē ipsam perfecte absoluteq; complectatur, adeo ut cum ea conuertatur: ut cum uolo diffinire hominem, primo animal quod homini proximum genus est, deinde rationale assumo, dicoq; hominem esse rationale animal, qua ratione substantia hominis explicata est, nisi q̄s putet (ut Platonici) cœlestia quoque corpora, quæ perpetua ac immortalia sunt, rationalia esse ani-

Hominis f.  
uicio iuxta  
Platonicos.

animalia. Tunc enim ex sectione ratio  
nalis animalis, mortali atq; immor  
tali, mortalitas diffinitioni hoī est  
applicāda, ut homo sit animal ratio  
nale atq; mortale. Quòd si q̄s (ut an  
tiquitas credebat) nymphas cē quaf  
dam longęas, mortales quidem, sed  
hoc hominibus diuiniores, quòd ex  
se ratiocinando discant, cum homi  
nes si nihil penitus audiant, nihil di  
scūt, si quis inquam id uerum esse pu  
tabit, facta huius innominati gene  
ris distributione, quòd hoc cx se qui  
dem ratiocinādo sciat, illud uero nō  
ex se ratiocinando primo, sed quod  
audiendo re atque actu didicerit, sci  
at, diceremus hominem esse animal  
rationale, mortale, disciplinæ capax.

Ac ita demum quicquid homo erit,  
huiusmodi erit animal, & quicquid  
huiusmodi animal, homo erit, nec

## TRAPEZ VNTAI

plus nec minus positum erit in diffi-  
nitione. Quod cum accidit, uertere  
retro poteris. Diminuta enim dif-  
finitio uerbis, maioremque abundantans, mi-  
norem rerum cumulum facit.

verbum.

Item, cum quid sit uerbum ad inue-  
nire studeam, genus primo, uocē sci-  
licet, assumam, & cum omnē uocem  
uideam in duo scindi, in eam quæ ali-  
quid ac in eam quæ nihil significat,  
uocem significātem dico esse uerbum,  
sed non sufficit, nam significantium  
uocum, quæ natura significant, uer-  
ba nō sunt, addo igitur institutionē  
significans: ut à nomine separē, cum  
tempore: ut ab oratione uerbum se-  
gregem, cuius nulla pars significat se-  
parata, uideo esse adiiciendum. Ita  
diffinitio uerbi, rei ex æqua rata est, uox  
institutionē significans cum tempore,  
cuius nulla pars significat separata.

verum

Verum quemadmodum ex diu-  
sione colligitur diffinitio, sic ex diffi-  
nitione rursus haberi diuisio potest,  
ueluti ex hac ipsa uerbi diffinitione,  
uocem diuidemus significantem, in  
natura significantem, ut gemitus; &  
institutione, & hanc cum tempore,  
uel sine, & utrancq; in eam cuius par-  
tes separatae aliquid significat, ut ora-  
tio: & in eam, cuius pars nihil signifi-  
cat separata, ut nomen, si absque tem-  
pore: sic cum tempore, uerbum. Nam  
cum ex una parte differentiae in diffi-  
nitionem inductae sunt, facile est co-  
dem ordine oppositas ex altera par-  
te collocare.

Ex hisce omnibus illud perspicu-  
um est, res multo pauciores esse q̄ ter-  
minos, nam si termini rebus exæqua-  
rentur, tam diffinitio, quam diuisio  
duobus tantum terminis incomple-

TRAPEZVNT!!

xis fierer, ut si huic generi quod est animal rationale mortale (nihil enim prohibet ita exemplo uti, tanquam si longæuæ nymphæ nulla existeret disciplina sciætes) si huic, inquam, rei quæ genere una esset, incomplexus terminus esset impositus, similiterq; huic differentiæ, quæ est disciplinæ capax, diffinitio, quæ lōgior facta est terminorum inopia, duobus tantum confecta esset: codem modo si ei generi uocabulum esset, quod orationi cum uoce ex institutione significanti cum tempore, uel sine tempore, cōmune est, & huic differentiæ similiter, quæ est cuius nulla pars separata significat, diffinitio noīs uel uerbi duobus terminis cōstaret. Hoc ipsum & in diuisione conspicere licet, ut cum dicimus, rerum omnium quædam sunt bona, quædam sunt mala, quæ-

dam

Vocabūlū  
per  
genia.

Tam indifferentia, quæ Græci dicunt  
ad hoc p[ro]p[ter]e: tripartita facta diuisio ē, quo  
niam eius quod est indifferentis, pro-  
prio uocabulo caremus. Nam si q[ui]s  
ita distribueret, rerum omnium alia  
differentia, alia indifferentia; differen-  
tium alia bona, alia mala, in duos qui-  
dem terminos secaret, uerū tam au-  
ditores quam seipsum ignorantia cō-  
funderet, cū differēs (nisi aliud quid  
dam antecesserit) differētiæ omnis  
& equalitatis aut similitudinis cuius-  
que significantiam habet. Quare o-  
portet diuidēdo ne cōfusio fiat, quæ  
distinctioni opposita est, certa præ-  
ponere, ut incertiora quasi circūscri-  
pta determinētur. Verum de substā-  
tiali diffinitione hactenus. Nunc ue-  
ro cætera breuius perstringamus.

Non enim generis in species aut differentias hæc distribu-  
tio est.) Docet hanc partiendi rationē ab alijs dif-  
ferre, à generis quidē diuisione, quoniam species

## TRAPEZVNTI

terum distinctæ sunt, nec ut vna sit, reliqua opus est. Homo enim etiamsi non sint bruta, & bruta si non sit homo, esse & non esse possunt. Animæ vero potestas superior ab inferiore te ipsa discreta esse non potest. A partitione totius continui quod de partibus totum non dicatur: Non enim caput est homo, nec pars integri integrum, quomodo vnaquæcunq; animæ potestas anima absolute est & dicitur. A partitione totius vniuersalis, quod huius partes individua sunt: animæ vero genera.

In species enim propriæ genui non in differentias scinduntur.) Vbi specierū numerus certus est nec impendio magnus, si nota non impediunt, melius in species quam differentias diuidimus, ut virtutem in prudetiam, iustitiam, fortitudinem, & temperantiam corporum simplicium aliud cœlum, aliud elementum. Quæstionum alia thesis, alia hypothesis. Vbi vero specierū numerus infinitior est, aut defuncta nomina, necessario per differentias diuidimus: ut animalium aliud rationale, aliud brutum.

Vt rationali & ceteris homo differt..) Hominem <sup>admodum</sup> dictum quidam voluerunt, quod solus inter anima tria loqueretur. Alij (quemadmodum Ciceron) à ratione, id est, ut Macrobius interpretatur à vi mentis, ea est facultas intelligendi. Plato <sup>admodum</sup> dictum scribit quod computare solus sciret. Haec enim omnia <sup>admodum</sup> significat. Numerorum alijs primi, alijs non primi.) Imparis numeri diuisio est. Dicitur vero numerus impar primus, quem nullus alias aliquoties sumptus emetitur sive excedat, quare vñitatisbus numeris necesse est: vt 1. v. vii. xiii. Nullus horum aut similius est quem numerus quispiam numerare possit: vt 11. si sumatur his,

Numerus  
impar pri-  
marius.

vis, quinariū non attingunt: si ter, superant, & sic in alijs. Primus vocatur non naturali ordine: nam sic solus ternarius vocaretur primus impar: Sed ob id quod vnitatibus duntaxat quæ numero sumptus est, dimetiatur. Non primus dicitur impars, quem nō vnitatis modo, sed & alius mensurat, vt nouenariū ternarius si ter sumatur, absoluit ac perficit. Sic xv. ternarius quinges aut quinarius ter sumptus mēsurat & xxii. septenarius tergeminus. Cæterum hic nomine non caret: vocant eum arithmetici secundum, quod non vnitate sola, sed alio numero etiam mēsuretur, & compositum, quoniam ex numero aliquoties sumpto veniat. Perhabū & priuationem, ut animaliū alia rationalia alia irrationalia.) Irrationale, insensibile, inanimatum, assertū à dialecticis voce tantū esse priuationa, significare autē naturam quandā diuersam illi, cuius ex aduerso ponunt, vt incorporeum pro spiritu, inanimatum pro corpore surdo, irrationale pro bruto accipiatur. Meminit huius Rodolphus.

Libro i. Nisi quis ut Platonici celestia quoq; corpora.) Pla tria deoꝝ to tria deoꝝ genera facit: Vnum, in quo summū genera ap̄ deum statuit ἀριθμόν, vt ipse dicit, mundi opificē Platonem. & (quomodo de loue apud Homerum est) hominum & deorum patrem. De hoc deo sic in Timoꝝ scriptū reliquit: οὐδὲν οὐδὲ τριητὸν καὶ πατέρα τὸ διὸν νοεῖται τεῖχον, καὶ τύπον & τὸ πάτον τελέσαντα, hoc est, mundi quidē auctorem & patrem inuenire negotium est, & inuentū vulgo eloqui impossibile. Alios facit deos animales, quorū quidam corpore sunt igneo ac immortali, mente vero rationali: q̄s deos astra esse dicit, nec errantia solum, sed illa q̄que quæ fixa celeri ac immutabili circa terrā vol-

## TRAPEZVNTII

inuntur cursu. Sic enim in Epinomide ait: Νερίσαι  
αὐτοῖς πάντα τὰ καθόδη δύο εἰνοῦς τετράγενοι, σύμων γένους, δύο πάντα  
χρὴ φάναι θεούς γένους δύο διπλῶν τετράγενοι, σώματα δὲ μὲν τοῦ οὐρανοῦ  
καλλίστοι, τούτοις δὲ πολλαὶ μεσαῖται τὰ τέλη, αρίστα, id est, Ήγε  
coelestia putamus animalia esse, diuinum astronō  
genū, corpore pulcherrimo, animāq; beatissima  
et optima constitutū. Hos à sempiterno motu ac  
celeri cursu θεοὺς in Cratylo dictos scribit, ἀλλὰ τὸ θεῖον  
id est, à currendo. Postremum locum habent illi  
quos dæmones dicit, animales etiā et rationabi-  
les ut superiorēs illi, corpore autē aëreo ac immor-  
tali, animo ut homines mutabili et affecto et in-  
terdum oculis hominū conspicui. Quos veteres  
Latinoꝝ Lares, Genios, ac Penates vocabant. De  
his sic est in Epinomide: Μίνα δὲ τοῖς θεοῖς, ὅπερ τοῖς θεοῖς ἔχει  
διαφορὰς αἱρεῖσθαι γένος τοῦ οὐρανοῦ διπλῶν τετράγενοι, μεσαῖται τετράγενοι  
sunt, genus aëreum, in tertia mediaq; regione, q  
sunt interpretationis causa. Quod si quis (ut antiqui  
tas credebat) Nymphas esse quasdam.) Nympha spon-  
sam, virginē nubilem, et deam et mulam signifi-  
cat. Dicitur etiam vires occultae, terrae, stirpibus  
irriguis ac fluētis per quas fructuum nouorum edū-  
cunt scaturigines. Harum aliae sunt maris, quae à Ne-  
reio parte Nereides dicuntur, quas multas recenset  
Homerus Iliados xvii. Aliae ab fluminib; et fonti-  
bus natiadis. Aliae ab arboribus ac sylvis equadis  
sunt, quarū à Marone longissima vita existimatur.  
Reliquæ sunt aquariadis et opisiadis à pratis ac  
montibus noīa fortitiae. Quod ex se ratiocinando dis-  
cent.) Ratiocinando discunt, qui apud se mente pa-  
cata ac tranquilla alia ex alijs colligendo abstq; do-  
ctoris opera ad rerum abstrusarū cogitationē per-  
ueniunt.

## Nymphæ.

veniunt. Diminuta enim diffinitio uerbū, maiorem: abundans, minore rerum cumulū facit.) Hoc est, diffinitio in qua quippiā desideratur latius pater, q̄ id qd diffinitur: ut si quis e quum definiēs, dicat: animal qua drupes, hoc pluribus cōuenit, q̄ vocabulū equus. Quod si redundauerit quippiā, contrariū eueniet: ut homo animal rationale medicū, id pauciorib⁹ cōuenit q̄ quod diffinitum est. Ex hisce omnibus illud perspicuum est, res multo pauciores esse q̄ terminos.) Imo hoc poti⁹ sequebatur, vocum præsertim propria rum magnam esse penuriam. Cum in unius rei differētias explicanda sit opus longa periphrasi. Nec tamē hinc sequit̄ voces esse plures quam res. Hæ enim infinitæ sunt, voces vero finitæ, vt est apud Aristotelem in Elenchis. Nam sæpe vocabulis utimur eisdem in diuersa rerum aliarum explicatiōne.

Descriptio accidentalis differentiās quæ separari nō possunt continet. Descriptio.  
 Et si totā rē absolute huiusmodi una ostendit differētia, eā solā ponemus, ut homo c̄ quod ridere potest: quod si id non accidit ceteras apponemus, quo usq; uertere descriptionem cum re possimus, ut animal est quod propria ui potest in oppositos locos moueri. Enumeratione partiū aliquid diffi-

## TRAPEZVNTII

diffinimus, cum integrantes omnes  
 atque principales assumimus partes,  
 ut quod uolumus ostendamus, hoc  
 modo: Domus est quæ fundamen-  
 tis & parietibus constat. Quod si pa-  
 rum partes afferre uidentur, uel for-  
 mati, uel finem apponemus. Nam  
 theatra columnis ex aliqua parte su-  
 stentata & recta, domus nō sunt. Qua-  
 re, si undiq; parietibus cōiuncta atq;  
 conclusa dicas, formam: si ad habita-  
 tionem constitutam, finem: si utrun-  
 q; utroq; rem significatius expresse-  
 ris. Hæc à descriptiōe differt, nam et  
 si quasi partes in illa etiam commu-  
 merantur nonnunquam, hic tamen  
 semper singula diffiniendo minora  
 sunt, quæ in descriptione uel maiora  
 uel æqualia, nunquam minora inue-  
 niri possunt.

Diffinitio

Per diuisionem diffiniemus, cum  
 aliquod

aliquid genus quid sit per subiectas <sup>per diuisio-</sup>  
ei partes omnis proximas atq; disiū <sup>nem.</sup>  
tas explicamus, ut animal est quod  
sensu tantum uel sensu simul & ratio  
ne uititur. Hæc diffiniendi ratio gene  
ralissimis generibus accommodatissi  
ma est. Nec enim facilius aut per  
spicacius ea quid sint enodare possu  
mus, quam si species uel differen  
tias eis primo subiectas omnis, uel  
specierum definitiones disiūgendo  
proferamus: ut substantia est, quæ  
uel sensu uel mente per se esse com  
prehenditur. Et quantitas est, cum  
cuiusquam partes uel communi ter  
mino coniunguntur, uel distinctè a  
ceruum ex unitatibus constituunt,  
hoc modo, id quod est, describimus,  
cum dicimus: Ens est quod uel per se <sup>ens.</sup>  
consistit, uel alteri inhæreret. Quod si  
quis non proxima, sed longiora enu  
metat,

## TRAPEZVNTII

merat, quæ tamen cuncta propter  
multitudinem cōprehendi non pos-  
sunt, non per diuisionem explicabit,  
sed ea ratione uretur, quam nonnul-  
li diffinitionē (ut) non recte, Græci  
TVIT. appellant, ut substantia est, uerbi  
gratia: homo, equus, bos, arbor. Sed  
de diuisione ac diffinitione satis mul-  
ta: Nunc de obligatione nōnulla af-  
feramus.

(Descriptio accidentalis différētias, quæ separari non pos-  
sunt, continet.) Descriptionē vocant dialectici, quæ  
non differentijs, sed accidētibus rem propositam  
explicat, quales sunt finitiones lapidū, herbarum,  
arborum, animaliū, apud Aristotelem & Plinium.  
Ut si quis philomelam aviculam dicat, magnitu-  
dine infra passare rem, ventre candido, cætera subcl-  
ericium, voce supra modū canora. Crebrum est  
hoc finiendi genus: quādoquidem illæ quas essen-  
tiales vocant non semper occurrit propter diffe-  
rentiarum penuriam. Quare in describendis per-  
sonis, vrbibus, populis, prouincijs, regionibus, m̄  
tibus, fluminibus, fontibus, hoc genus usurpabi-  
mus. A Rodolpho Agricola descriptio rectius di-  
cipitur oratio, non qua quid sit res, sed qualis  
fusius oratorio ac poëtico more exponit: ut qua-  
les Galli, quales Scythæ, qualis auarus, qualis ase-  
sens,

## Descriptio.

sentator: quemadmodum ea, quam Græci *ναταραγη*  
 vocant: est autem poëtis frequentissima in re-  
 zum & personarum explicatio: quibus per circum-  
 stancias assumptis. Si ad habitationem constitutam fi-  
 nem.) A fine definit dominum Aristoteles primo li-  
 bro de anima, sed obiter: Χειρομοε κολυπηγεν φθορη  
 ιτ' ανιμων κοδη διμερη κοδη κακωστων, hoc est, regumen-  
 tum prolibens incommoditatem ventorum, im-  
 brium & aestus. Nam & theatra columnæ aliqua parte  
 sufficiata.) Theatrum ædificium publicum erat, *Theatrum.*  
 in quo populus ludos spectabat, dictum à θεοφαι,  
 quod est speculator & contéplor, ædificabat recto  
 concamerato & in formam hemicycli cōposito,  
 quod columnæ paribus interuallis in orbem posi-  
 ta sustentabat, qua de re vide Vitruvii lib. Archite-  
 turae IIII. Hoc modo id quod est describimus.) Tracta-  
 tur id apud Aristotelem lib. V. aut (vt nunc distin-  
 citur) quarto primæ philosophiæ: Quod vero  
 per se est, ab eo *οὐσία* dicitur, aliud *οὐμένεια*. Quæ  
 nonnulli distinctione non recte, Græci *τίπη* appellant.) Est *Definitio* &  
 modus quidam de finiendo seu indicandi potius, cū *τίπη*.  
 non finitione, sed exemplo rem quid sit, veluti di-  
 gitio ostendimus: vt si quid accidens sit queratur,  
 respondeatur ly: Accidens est, vt candor, nigredo.  
 Solent aut Græci ubi hoc genere vtūtur, inserere  
 clausulam, *εἰς τὸ περὶ λαβῆντα*, aut *εἰς τὸ περὶ εἴπειν*, vt Ari-  
 stoteles in categorijs: *ἰσις* & *οὐσία* *λαβῆντα* *τίπη* *εἴπειν*,  
*τίον* *οὐρανόν* *Ω*, *πτηνόν* *Ω*, id est, substantia est, verbi gra-  
 sia, vt homo, equus. Alij verrunt ut sic figurative  
 dicere. Hinc est quod Græci illud definiendi genus  
*τίπη*, vel authore Georgio Valla *τίπη* *Ω*. Latino-  
 tum quidam, sed nimis dure definitione ut, quod *Definitio* ut  
 ad verbum siccè Greco traductū est ybi *τίπη* sic ac-  
 cipi

## TRAPEZVNTII

et ipsi solet, quin & hoc loco opinor legendum esse  
in Trapēzuntio hoc pacto: Quam non definitio-  
nem ut, non recte, Græci typū pon appellant. A' Latī-  
ne loquentibus exemplaris definitio dicitur. Tra-  
duntur, præter formās has, quas quatuor Trapē-  
zuntius recensuit plerique alij. Quindecim enim  
fecerunt, quas intellexisse M. Tullium Victorinus

**Diffinītio-** author est in Topicis, q̄ loco sic dicit: Sunt & alia  
num genera definitionum, sed ad huius libri insitu-  
milia.

**Notatio.** 1 illis, id est, essentialis, de qua satis diximus. Secun-  
do nominib⁹.

**Notatio.** 2 illis, id est, essentiale, de qua satis diximus. Secun-  
da nominib⁹, quæ notio dici potest: ea est, cum no-  
tis quibusdam res describitur: ut si Romanos gen-  
tem togatā dicāmus, aut hominē qui animatibus

**Descri- ptio.** 3 cūctis ratione & cōsilio longe prestat. Tertia est,  
pertinet, latissime ex circūstantijs ad rem  
toribus infrequens est. Sunt autem causarē, nego-  
tiorum, personarum, locorum, temporum descri-  
ptiones: quarum syluam & tractatū habes apud

**Kaō** 4 Erasimum in libello de Copia rerum. Est alia quæ  
alīx. 5 λέγεται dicitur, cum vocē voce interpretatur, ut  
cōtīcuere est tacuere; ἀνών est animal, οὐδὲ πωπόνος ho-

**Ex differ- rentia.** 6 mo. Itē aliud gēnus, cum quid inter res duas plu-  
res ue interfit docemus: ut odium ab ira differt,  
quod hæc brevis sit, illud inueteratum. Hæc Græ-

**Per trās- lationem.** 7 ce καὶ διάφορα dicitur. Sexta est, quæ καὶ μεταφορὰ di-  
citur, cuius meminit Cicero in Topicis: ut litus

**Per con- trarium.** 8 qua fluctus elūdit: Adolescentia flos ætatis est. Se-  
ptima dicitur per contrariū, Græcis γένθη φέρεται, τὸ  
πάρνη, ut virtus est vitiū fugere; Sapientia, seculitatem

caruisse. Octava est in De natura animalium. Et ex his 8. Per mis-  
 que ad se inuicem sunt. Ea est relatio uorum, ut uentua.  
 dere est elementi pretio aliquid tradere. Maritus di-  
 citur, cui uxores. Nona dicitur ars in cuius nuc 9. uis uerba  
 meminimus. Decima, et iudiciorum plausis in ro domo uirorum, 10. Per in-  
 fidit, per indigetiam pleni eiusdem generis, ut dignitatem  
 deinceps cui deest yencia, ut as sit. Undecima, usq[ue] pleni.  
 etenim, hoc est, per laudem; ut lex est animus, mes 11. Per laude  
 et consilium ciuitatis, et philosophia est ars artiu-  
 m et scientia scientiarum. Duodecima, per analogiam 12. Secundum  
 dicitur, cum similitudine seu proportione defini- analogia.  
 mus: ut sol oculum mandi, et diligenza uirorum. Ut a  
 philosophis dicitur. Decimaterria est animus, quo 13. Exclusio.  
 sit per causas. ut Aristoteles primo periopis: Natura sit.  
 Quod si uero, id est, noctem, umbram terrae dicit. Par-  
 tatio diem in Topicis finit, uirum, inquit, uero populi  
 est ipius dies, hoc est, dies est latus solis super terram:  
 Has definitiones Aristoteles existimat esse prime  
 virtutis, quod non solum quid res sint doceat, sed  
 et quibus causis oriatur: quin etiam integrâ ratione  
 subesse credit, si cui explicare eam libeat. Postre-  
 ma, uero & in uero, et est, cum ex virtutinis quid-  
 diam finit, ut apud Ouidium: Focus, quod soue-  
 at omnia, dictus. Profuerit ad definiendi faculta-  
 tem, si quid aliud cum hoc maxime, adhibere ad  
 definitionem, singulos locos dialecticos: quo-  
 modo Rodolphus docet de divisione. Nul-  
 lus enim est definitioni non idoneus,

14. Ab ethy  
mologia.

inuentio uero facilis iuxta can-  
 dem rationem, quam de divi-  
 sione docuit. Si quide-  
 eiusdem fa-  
 cultatis est dividere ac definire.

DE

## TRAPEZONTII

## DE OBLIGATIONE.

**O**bligationē iuniores appellant,  
cum nec necessaria, nec impos-  
sibili re proposita, de ea sic disputāt,  
ut propositionem custodiant, quam  
& ob ruditatem inscitiam que forde-  
scere iam fecerūt, & ad nihil aptam:  
**Obligatio.** ergo quādam (quam nos infiniti-  
onem in rhetorics nominamus) ob-  
ligatio est: quam qui defendit, idcir-  
eo dicitur obligatus, quōd non licet  
ci quicquam asserere, quod contra id  
quod posuit, esse videatur. Quam  
ad rem præcepta etiam quādam af-  
ferunt rhetores, mea sententia utilis-  
sima. Nam qui ea negligunt, aut ei-  
dem obtorte & ne quicquam utun-  
tur, eos video tanquam pueros aut  
omnino rudes, modo hoc, modo il-  
lud inconstanter, ne stulte dicam af-  
firmare.

Quod

Quod ne tibi uel in sermone, uel  
in scribendo accidat, primo diligen-  
ter caue, ne quod ex ea re quam iam  
proposuisti, sequitur, uel ex ea simul  
cum uno pluribus ue iam datis, igno-  
ranter neges, ut si hominem dixeris,  
no negabis animal: aut si hominem  
eloquentem, non negabis prudentem,  
& si haec probum quoque virum esse  
non repugnabis.

Contra uero si quid positione re-  
pugnat, aut uni pluribus ue in disce-  
ptando cōcessis uel quoquis modo in  
sermone datis, semper negandum est.  
Aliter enim nos ipsi causam nostrā  
euertemus, & exaduersarii caussa no  
ex nostra diccremus. Ita eloquētem  
quem dixeris, ineptū negabis. Nam  
uero & eloquentem, si imprudentem  
asserere stultitiae est.

Adhaec danda est opera, ne quid  
e a affe-

## TRAPEZUNTII

afferas ex quo alicuius rei quam iam  
protulisti oppositum evoniatis ut si  
quem insolentem appellaueris cum  
dem postea colia ab hominibus affir-  
mes. Sequitur enim insolentiam ar-  
rogantia & hanc odium, quare & in-  
solentiam.

Præterea si quid ex iis quæ iam cō-  
cessa sunt, & opposito eius quod ab-  
nuit, uno pluribus ue conficitur: id  
vero si cum assueratione, magis af-  
firmandum est, ut si quoniam omnes  
homines natura eloquētes credis, ar-  
tificio negabis eloquentes: illud con-  
stanter proferendum est, nulla te ob-  
seruatione ad eloquentiam iuuari.

Semper igitur quicquid sequitur  
ex iis quæ aut sponte, aut interrogati  
dedimus, aut etiam coacti concessi-  
mus, aut oppositis eorum quæ repu-  
gnant, uel sponte concedendum: uel  
si peri-

Si perimendum ducimus, sponte ne-  
gabimus, interrogari non cedemus,  
nisi res plane sit necessaria, vel im-  
possibilia sint ex vi cōsecutionis, vel  
repugnantia respondendum. Dein-  
de uero si eiusmodi sunt, quae iunio-  
res impertinentia dicunt, ex qualita-  
te rerum ipsarum, que proponuntur  
respondendum, ac ut per se quod ne-  
cessarium est nunquam negandum,  
sic impossibile per se nunquam con-  
cedendum.

Quas oī res ingenio, anteroram  
rem & quidem acriter perspicere de-  
bemus, & singula eoruī quae dicimus,  
ita consideranda, ne quicquid ex qua  
cunque re consequatur, lateat.

V erum quoniam oratoris mate-  
ria plerunque uerisimilis, raro neces-  
saria est, ac uerisimilia in utraq; par-  
tem nonnunquam trahuntur, aut ha-

TRAPEZVNTI

bent ex altera quoq; parte aliquid uerisimile, ut ipsa quæ uerisimilia sunt, quandoq; opponi uideantur: ut, mul-  
ti pecuniaæ quam officii cupidiores  
sunt, cui opponitur & uerisimiliter  
dicitur, quis est qui non officii quam  
pecuniaæ cupidior sit? Quoniam er-  
go ita se res habet, diligenter animad-  
uertendum est, ne ut ignorantes mo-  
do hoc, modo illud in eadē discēpta-  
tiōe dicere uideamur. Quod cum o-  
mnium difficultimum in dicēdo sit,  
sit facilius, si finem quo feruēturi su-  
mus, mente complectamur, & quic-  
quid dicimus eō dirigamus.

Verum ne quis putet hæc præce-  
pta quæ breuiter exposuimus, nō tan-  
topere utilia esse, non grauabor uel  
ad doctrinam tuam, uel ad rhetorū  
commendationem exemplorum lo-  
co ea dicere, quæ multi suo & multi-  
cudi-

xudinis iudicio docti constanter assē  
rūt. Quos (si uidebitur) aliis uolumi  
nibus nominatim redarguem⁹, ut co  
rum memoria, non ut ipsi putant,  
cum scientiæ laude, sed cum ignoran  
tiæ culpa, & quidem quousq; lingua  
Latina (addam & Græca) extiterit, po  
steris tradatur.

Solent ergo multi rhetoricae artis  
ignari nobis detrahere, cum eloquē  
tiæ princeps M. Tullius multa uolu  
mina eadem re nobis reliquerit, quo ne  
minem unquam melius rhetoricam  
docuisse asserunt. Deinde sui obliti,  
cum longius in sermonem processe  
rint. M. Tullium aiunt aliter atq; ali  
ter eadem de re scripsisse, ac in diuer  
sis uoluminibus diuersas opiniones  
tenuisse, ex quo rudes & agrestes ho  
mines, confici non uident confusis  
se ipsum rhetoricam, non docuisse.

## TRAPEZYNTHI

Non dico hanc quod mihi etiam M.  
Fullius confusisse omnium videatur  
sed quod ex verbis consequatur, id est  
circo magis mihi scribendum fuisset  
quod Cicero tot opiniones (ut ipsi  
dicunt) securus sit, quoniam libros edidit  
Quid s' quod Agaso scripsit. Turpe  
est, inquit, Latinis à Graco homine  
Deinde cum in multa uelit ostendere  
à maioribus nostris reliqua de facili-  
tate dicendi uolumina, Aristotelem,  
Hermogenem, Demosthenem, ac  
Isocraticam scholam in medium adi-  
ducit: quib[us] omnies quoniam Greci suo  
runt, non dubito quin uideas irreti-  
tum uerbis suis teneri adversarium.  
Hæc adiicere placuit, non ut ignorā-  
ti am alicuius heterogenem (neminem  
enī nō nominauit) sed ut intelligas pre-  
cepta hæc obligationis semper in or-  
dinis sermone ac disceptatione, ac mul-  
to ma-

et magis in scribendo conseruanda.  
Nunquam enim dicere cum assue-  
ratio ne poteris (quod Cicero admob-  
dus nullusque dicta sunt, faciliora tamen  
exhortatione feceris. Nam qui hanc  
negligunt, eos video alioqui doctos,  
et ignorantia sua scripta connectere  
ut non pudore affici non soleam, quan-  
do cum huiusmodi hominibus, fer-  
me habet. Quos si quis revocare ab  
erratis uellet, non suu vel doctrinae ipsi  
us gratia, sed intolerabili quadam arro-  
gantia id eum facere putaret. Quare  
putrescant hi quidem sua inscitia, quan-  
do doctis omnibus atq; peritis dede-  
corunt, cum inter eos numeratur.  
Tu vero da operam, ut non si hec soli  
merum ut multo maiora & plura co-  
sequaris, ut ratione dicendi recte habi-  
ta, & maiorum scientia rerum non abie-  
cta, uere doctus & sis & uidearis.

## TRAPEZUNTII

Obligationem iuniores appellant.) Obligatus dicitur quispiam nouato vocabulo, cum thematis de quo in utrangi partem, differi potest, unam partem defendendam sumpserit, cuiusmodi sunt alterationes scholasticae, que ingenii exercitandi gratia sunt, aut disputationes serie, ubi pro vero discetur: vi sunt Ciceronis plerique de Finibus, Item in Tusculanis. Fit etiam absque aduersario oratione perpetua, veluti sunt Ciceronis napoletanae, de deo, de diuinatione: Est autem fructus totius artis dialecticæ, huiusmodi de re aliqua in utrâcumque partem dispositare. Thesis ergo quedam (quam nos infinitiōem, &cetera.) Diuidunt quæstionē rhetores in locis et innotescit. Prius illud à Cicerone infinitū propositum & consultatio dicitur, à Trapezuntio infinitio. Est autem locus universalis quæstio, non notata certis circumstantijs loci, temporis aut personæ, ut: Sint'ne erudiendi liberi, sint'ne ducenda vxor. In huiusmodi thematis vult Atticoteles ad rhetorum copiam, in utrangi partem, ut oratione & vberius dici possit, iuuenes diligentissime exerceri: uterum quæstio est certis personis, locis, aut temporib⁹ finita, à Latiniis causa dicitur, ut: sic ne Catoni ducendi uxor, vel an sine erudiendi Scipio nisi liberi an tyranni, an pacis, an belli tempore. Hanc autem oratoris materiā dicunt, superiorē phisophorum. Non video autem qua ratione Trapezuntius existimet in thesi solum esse obseruanda hæc præcepta, cum & in hypothesi & que necessaria sunt sit hæc cauere, nisi forte dicamus thesin proprium esse dialecticorum, alioqui has dicendi regulas in omni genere disputationis atque adeo orationis custodire oportet. Quam ad rem præcepta etiam

Questionis  
duæ species.

Gloss.

Vñtissimis.

## DIALECTICA.

132

quedam efferrunt rhetores.) Huius rei praecepta pa-  
sim traduntur, ut de artificio interrogandi, obiecti-  
endi, respondendi, confutandi, quemadmodum  
est apud Aristotelem in octavo Topicorum & in  
Elenchis, item apud Fabium de altercatione, &c. a. Libro vi. ca-  
p. recentiores de disputando. Primo diligenter ea pte ix.  
ne, ne quod ex re quam iam proposuisti.) Disputanti dili-  
genter cauendum est, ne in eorum quæ vel proba-  
tionis loco adduxit, vel aduersario urgenti coa-  
ctus, aut sua sponte etiam concessit, obliuionem  
veniat: alioqui fieri posset ut disputationis pro-  
gressu superioribus diuersum aliqd excidat. Aut  
si hominem eloquentem, non negabis prudentem, & si haec.  
Nam Orator (ut à M. Catone diffinitur) est vir bo-  
nus dicendi peritus. Vide Fabium libro duodeci-  
mo capite primo, & Ciceronem de Oratore libro  
primo. Ita eloquentem quem dixeris ineptum negabis.)

Ineptus quis dicatur, ostendit Crassus apud Cice-  
ronem libro ii. de Oratore his verbis: Quem enim dicitur.  
nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc no-  
men habere ductum, quod nō sit aptus, id est in ser-  
monis nostri cōsuetudine per late patet. Nam qui  
aut tempus quid postuleret, non viset, aut plura lo-  
quitur, aut se ostentat, aut eorum quibus cum est  
vel dignitatis, vel commodi, rationem nō haberet,  
aut deoique in aliquo genere aut incōcinnus, aut  
multus est, is ineptus dicitur. Ut si quoniam omnes  
homines nature eloquentes credas.) Naturā ad descendē  
plurimū valere docet apud Ciceronem Crassus li-  
bro i. de Oratore. Vel spōte concedendū si perimendū die-  
timus.) Nam extorta concessio cetera oīa, & que  
dicta sunt & quoq; dicuntur, suspecta reddit, putar-  
bitur aduersarius esse victoriam aliquam partem  
si ve-

## TRAPEZINTI

Vrgens quidpiam extorserit. Interrogati non cedemus.) Si interrogabimur quidpiam, cuius aut difficultis est responsum, aut non secus quam secundum aduersarij sententiam dari potest, nos contra interrogatione simili vrgebimus consilio Fabri. Alioqui si res aperte necessaria aut impossibilis sit, non grauatim aut negabimus aut assertemus pro rerum qualitate. Ceterum Trapezuntij verba quae in hunc modum habent: Vel impossibilia sunt ex vi consecutionis, aut repugnantiae respondendum, nullum sensum efficiunt. Quare sic ne legendum sit vide. Sin impossibilia sunt vel necessaria, ex vi consecutionis aut repugnantiae respondendum: vel ut vetus lectio haberet, omisso in fine verso respondendum. Si eiusmodi sunt que, iuxiores impertinentia dicunt.) Impertinentia a iunioribus natauato vocabulo dicuntur, quae Græci ἀλλα, id est, intempestiva, quae ita a re proposita abhorrent, siue vera sint siue falsa, nullam rationem habentes probandi aut improbandi eius rei qua de discertuntur, ut sit questio: Mors ne malum est, queraturque deinde mundus sit genitus, seu sit ne sol in Caelo. Quas ob res ingenio ante totam rem, & quidem acriter perspicere debemus.) Eandem Fabius sententiam de altercatione habet: Valet inquiri, in altercatione plurimum acumen, quod sine dubio ex arte non venit. Natura enim non docetur, arte tamen adiuuatur, in qua illud præcipuum est, semper id in oculis habere de quo queritur, & quod voluntus efficere. Nominatim redarguemus.) Sulpictoni hanc criminacionem esse aduersus Iohannem Episcopum Aleriensem ac Theodorum Gazam, cum quibus Trapezuntius inimicas habuit contumelias.

Impertinē-  
tia.

nes. De Aleriensis quidem similitate satis constat  
ex ea epistola quam Straboni olim excuso p̄fici-  
xir, Gazzæ vero, in vita scriptoris meminimus, cu-  
ius quorū inuidiam aduersus Trapezuntium ipse  
satis declarauit in opere grammatico, vbi eum  
ταρυφοστορ, quod meretrices alementi sonat, nomi-  
nat. Vide ea quæ superius annotauimus, cum se-  
cundo hunc libellum p̄rōlo p̄pararem. Solent  
ergo multi rhetorice artis ignari nobis detrahēre.) Scriptis Trapezun-  
tius quinq̄libros de rhetorica, qui ab eti-  
tij de rheto-  
dīcīs nō improbat. Eos illius emuli siue hi quos rica librē  
nunc dixi, siue alij tanquam superuacaneos nol-  
quinq̄.  
liusq̄ emolumenti censebant. Rationem adiece-  
runt huiusmodi, quod homo Gr̄ecus Romano fer-  
mone de rhetorica scriberet, & quidem post Cice-  
ronem, apud quem multa volumina sunt eiusdem  
argumenti, ut quæ ad Herennium ( si modo illius  
sunt). Quæ de inueniendo, quæ ad M. filium, &  
tria illa de oratore, & ille qui orator inscribit. hoc  
igitur sit veluti clēsis. Trapezuntij laborem super-  
uacaniem esse. Ratio, quoniam optimus eloquē-  
tis magister satis multa de ea arte scripta reliquit.  
Iam vide q̄ apte cum ratione hac q̄adret, quod  
sequitur. Deinde sui oblii cum lōgiis in sermonem proces-  
serunt. **M**itiosa digressio, contra tertium enim p̄-  
ceptū assumpia est hæc oratio, p̄cipitur enim,  
non esse aliquid adducendum ex quo quippiā re-  
pugnans sequi posset. Quod vero ab his dicitur  
Marcum Tullium confusisse rhetoricam, hoc ef-  
ficit: operæ pretium esse laeuitius ac distinctius  
scribere quempiam rhetoricam, quod aduersus  
rhetorū est, qua dicebatur non esse scribendum post  
Ciceronem, M. Tullium aut̄ aliter atque aliter eadem  
dere

## TRAPEZVNTII

(de re scripsisse.) Testis est ipse de se Cicero in e. de oratore, rhetorica præcepta (quæ de inuentione nunc vocamus) sibi admodum adolescenti excidit. In alijs vero libris non quid ipse sentiat, sed qualis L.Crassi & M.Antonij de re rhetorica olim sententia fuit, dialogismo recitat, Quam rem ait sibi Fabius scribendi post Ciceronem causam fuisse libro iii. capite i. Quid quod Agaso script. Videlicet Trapezuntius ad Gazæ nomen plane alludere, quem per contemptum agasonem dicit. Tupp est inquit Latinis à Greco homine.) ἀποτίπνειν est. sermo nimis rūsticus, ut illud poëte: Quos ego, seu ironia per sermonis eclipsis. Sic vero hic in selliges, turpe esse Græcæ nationis hominem Latinum eloquentiam velle tradere Romanis, à quo rūstum maioribus satis multa sunt de dicendi arte relictæ volumina. Aristotlem, Hermogenem, Demosthenem ac Isocraticam scholam in medium adducit.) Horum omnium opera extant. Docuit autē Isocrates primus domi soz̄ rhetorican, quare schola Isocratica à Trapezuntio dicitur. Quod Cicero admonet.) Est id in exordio ad Herennium & alijs in locis compluseculis.

Verum disiunctiæ partium repugnantium, & copulatiæ affirmatiæ & negatiæ formæ, quæ subiiciuntur necessariæ sunt.

FOR.

## FORMAE DISIVN-

CTIVAE.

## PRIMVS ORDO.

Aut A est, aut B est. Aut dies est, aut nox est.

I. Atqui A est, Est autem dies,  
Non igitur B est. Non igitur est nox.

II. Atqui B est, Atqui nox est,  
Non igitur A est. Non est igitur dies.

III. Atqui A non est, Dies autem non est,  
Est igitur B. Nox igitur est.

IV. B autem non est, Nox autem non est,  
Igitur est A. Igitur dies est.

## SECUNDVS ORDO.

Aut A nō est, aut B nō ē. Aut dies nō ē, aut nox nō ē.

V. Atqui A non est, Atqui dies non est,  
Est igitur B. Nox est igitur.

VI. Atqui B non est, Atqui nox non est,  
Est igitur A. Est igitur dies.

VII. Atqui A est, Atqui dies est,  
Non est igitur B. Non igitur est nox.

VIII.

XCVIII

TRAPEZVNTIC

VII. **N**on quid est. **D**nox autem non est.  
non igitur A est, non est igitur dies.

TERTIVS ORDO.

**A**ut A est aut B non est. **A**ut dies ē, aut lux solis nō ē.  
**I**X. Atqui A est, Atqui dies est,  
igitur & B. igitur & lux solis est.

**X.** B autem non est. Lux autem solis non est.  
Non igitur est A. Igitur nec dies est.

**XI.** Atqui A non est, Atqui dies non est,  
Igitur neq; B est, Nō igitur lux solaris est.

**XII.** B autem est. Est autem lux solis,  
Igitur & A est. Igitur & dies est.

QVARTVS ORDO.  
**A** non est, aut B est. Nox nō est, aut umbra terre ē.

**XIII.** A autem non est. Nox autem non est,  
Igitur neq; B. Igitur nec umbra terre.

**XIV.** B autem est. Atqui umbra terre est,  
Igitur & A. Igitur & nox est,

**XV.** Atqui A est, Nox autem ē,  
Igitur & B est. Igitur & umbraterre.

**XVI.** B autem non est, Atqui umbraterre nō est.  
Igitur nec A. Neq; igitur nox  
FOR.

DIALECTICA.

109

FORMAE COPV.

latiuæ affirmatiuæ.

PRIMVS ORDO.

- I. Et A est, & B est,      Et uirtus, est & honestū est,  
II. Igitur A est,      Virtus igitur est,  
III. Igitur B est.      Honestum igitur est.

SECUNDVS ORDO.

- Neq; A est, neq; B est,      Neq; uirtus ē, neq; honestū ē,  
III. A igitur non est,      Igitur non est uirtus,  
III. B igitur non est,      Igitur non est honestum.

TERTIVS ORDO.

- A est & B non est,      Vitiū est, et honestum non est,  
V. A igitur est,      Vitium igitur est,  
VI. B igitur non est.      Honestum ergo non est.

QUARTVS ORDO.

- A non est, & B est,      Virtus non est, & turpe est,  
VII. A igitur non est,      Igitur non est uirtus,  
VIII. B igitur est,      Turpe igitur est,

FORMAE COPVLATIVAE

negatiuæ.

PRIMVS ORDO.

- No A est & B est,      Non & homo ē, & irrationale ē,  
I. Atqui est A,      Atqui est homo,  
Non igitur est B,      Non igitur ē irrationale,  
II. Atqui est B,      Irrationale autem est,  
Non igitur A.      Igitur non est homo.

SECUNDVS ORDO.

Non

## TRAPEZVNTU

Nō A nō est, & B nō est, Nō et sanū nō est, et agrotū  
III. Sed A non est, Sed sanū nō est, (nō est,  
Igitur est B. Est igitur agrotum.

IV. Sed B non est, Sed agrotum non est,  
A igitur est. Sanū igitur est.

## TERTIVS ORDO.

Non A est, & B nō est, Non ē hō et rationale nō est,

V. Atqui est A, Atqui est homo,  
Est igitur & B. Est igitur & rationales.

VI. Sed non est B, Sed non est rationale,  
Neq; igitur A. Igitur nechomo.

## QVARTVS ORDO.

Non A nō est, & B est, Nō & hō nō est, et rōnale est.

VII. Sed A non est, Sed homo non est,  
Igitur neq; B. Igitur neq; rationale.

VIII. Atqui est B, Atqui est rationale,  
Igitur & A. Igitur & homo.

## PRO DISI VNCTIVA ET

negatiua copulatiua rea

gulae quatuor.

I. Si ponis antecedens, tollis adiunctum.

II. Si ponis adiunctum, tollis antecedens.

III. Si tollis quod antecedit, ponis adiunctum.

IV. Si tollis adiunctum, ponis quod antecedit.

PRO

## PRO COPULATIVA AFFIR-

mativa regula unica.

Copulativa affirmativa, & antecedens & ad-  
iunctum ponit.

Formæ disiunctiæ.) Propositionum disiunctiæ  
rum affirmatiavarum sunt ( ut ante quoq; admo-  
nuimus) quatuor species. Nam aut vtraq; pars ne-  
gatiæ caret, vt: aut dies est, aut nox est, estq; hæc  
prima species: aut habet vtraq; negationem, vt:  
aut dies non est, aut nox non est: cuius sensus me-  
lius deprehendi potest in cōditionali, quæ ratio-  
nalis dicitur: per hanc enim examinātur obscuræ  
disiunctiæ: vt supra pluribus docuimus, velut  
hæc: aut dies non est, aut nox non est, significat  
priorēm aut posteriorem partem tantum esse ve-  
ram (plures enim vnā veræ esse non possunt) aut  
prioris partis oppositum per coniunctionem si,  
consequenti coniunctum, hoc autem erit tale: si  
dies est, nox non est: Hanc autem cūdēter veram  
esse facile perspicimus: estq; hæc secunda forma  
propositionum disiunctiavarum. Fiunt autē duæ  
hæc species ex contrarijs immediatis: Tertia for-  
ma & quarta nectuntur ex terminis conuertibili-  
bus, vt: homo & rationale animal, nox & vmbra  
terræ, dies & lux solaris, quorum alter tantū cum  
negatione sumitur, si cōsequens, sit tertia forma:  
vt, homo est, aut rationale animal non est. Si ante  
cedens cum negatione, sit quarta forma, vt dies  
non est, aut lux solaris est. Habent autē & hæc for-  
mæ, tertia inquam & quarta, obscuram intelligē-  
tiam: proinde examinentur per cōmunem illam  
regulam, id est, vt antecedētis oppositū per cōmu-

## TRAPEZVNTIE

etionem Si, iungatur consequenti: ut, aut homo  
est, aut rationale animal non est, huc habet intel-  
lectum: si homo non est, animal rationale non est,  
quod nunc satis evidens est. Similiter hec in qua-  
ta forma: aut dies non est, aut lux solaris est, ex-  
aminata per canonem sic habet: Si dies est, lux so-  
laris est, quod iam quoq; clarius intelligit. Admo-  
nui hoc propterea, ut pueri cernant propositione-  
num huiusmodi vim & naturam, & si qua obscu-  
rior incidat, redactam ad communem illum cano-  
num clarius eam explicitent, eo enim valet hoc ar-  
tificium. Posuimus autem e regione uoces signifi-  
cativas quod ex literis, que in omnibus proposi-  
tionibus eisdem sunt, nulla est naturalis discrepā-  
tia, aut affinitas, & ut discentes hoc modo percipli-  
ant, cuiusmodi voces in qualibet forma propositione  
requirantur. Nascentur autem ex quatuor  
hisce formis propositionum disiunctiuarum se-  
decim ratiocinationes, & singulis quaterne, nam  
propositionis disiunctiug utralibet parte vtcunq;  
in assumptione posita, id est sine negatione vel  
cum negatione, sequitur aliquid necessaria cōclu-  
sione, ut huius: aut sanus est, aut ægrotus, anteced-  
ens assumi potest affirmanter, sed sanus est, se-  
quitur, igitur non est ægrotus: similiter idem ne-  
gatæ assumitur, sed sanus non est, quid sequatur  
manifestum est: sic consequens bifariam assumi-  
potest, cum negatione & sine negatione. Ad hunc  
modum ex unaquaq; propositione disiunctiva, ve-  
niunt quatuor syllogismi, cum autem forme dis-  
iunctiuarum sint quatuor, sit ut sedecim eueniāt  
syllogismi, quorum tamen assumptiones & con-  
clusiones sepe conueniunt. Verum ex proposicio-  
nibus

nib⁹ conditionalibus per coniunctionem si, qua  
rum Trapezuntius non meminit, non possent to  
tidem fieri, nam tam antecedēs quām consequēs  
vno saltē modo assumi debet, ut huius: si homo  
est animal est, posito antecedente in assumptione,  
aut sublatō consequente aliquid sequitur, subla  
to autem antecedente aut posito consequente in  
assumptione, nihil sequitur: vt, si ambulat, moue  
tur: duas habet assumptiones consistentes, à posi  
tione antecedentis ad positionem consequētis, &  
à sublatione consequentis ad sublationem antece  
dentis: ali⁹ autem duo non consistunt videlicet à  
sublatione antecedentis, et positione consequētis:  
ex quo sit, ut ē propositionibus quatuor conditio  
nalibus octo tantum fieri possint conclusiones.  
Nam & conditionalium propositionum per par  
ticulam si, sunt etiā quatuor formæ, ut supra ostē  
sum est. Verum his Trapezuntius supersedit, qđ  
ex antegressis facile intelligi queant: si cui tamen  
addere libeat, habet hic vnde possit. Erant autē de  
prauati modi illi apud Trapezuntium, quod vitū  
nisi ex vocabulis deprehendi non poterat.

*Forme affirmatiue copulatiue.)* Huiusmodi orati  
ones ratiocinationum nunquam sunt proposicio  
nes, nec in dialectica traditur aliquis modus colli  
gendi ex his, quinetiam carent assumptionibus,  
nam antecedente aut posito aut sublatō, similiter  
et consequente, ex partium inter se affinitate nihil  
sequitur, vt: Scipio & Aphricam P. R. subiecit, &  
Numantiam deleuit, non habet coniunctionem,  
quæ assumptionē aliquam respiciat, neq; habent  
partes inter se aliquam necessitudinem: vt si assu  
meretur, at qui Aphrica subiugauit, aut non subiu  
gauit,

## TRAPEZVNTII

gauit, nō sequitur, igitur Numantiam delevit: ne  
que orieūt ex propositione huiusmodi assumptio.  
Sunt igitur hic nulli syllogismi, nisi forte dicam⁹  
esse argumentationē à coniunctis ad diuisa.

(*¶ Formae copulatiæ negatiæ.*) Hæ propositiones cō-  
stant eisdē terminis quibus propositiones disiun-  
ctiæ, & examinantur ad easdē regulas: proinde  
in histotidem possent fieri syllogismi quot in dis-  
iunctiis xvi. nimirum, vt nō eit dies & nox, sed  
dies est, non igitur est nox: deinde à positione con-  
sequētis sed nox est, igitur non est dies, tum à sub-  
latione antecedentis: vt, sed dies non est, & à subla-  
tione cōsequentis, sed nox non est. Trapezuntius  
vero contentus fuit, octo syllogismi qui sumun-  
tur tantum à positione antecedentis & consequē-  
tis: reliquos octo facile adjicias per earūdem par-  
eium sublationem: Etunt igitur & hic proposicio-  
nes sedecim.

## ERRATA.

Folio 27. facie prima, linea vltima, abundat, ria.  
Folio 51. facie secunda, versu 17. lege pro quantatis  
quantitatibus.

Folio 66. facie prima, linea 16. lege pro quoniam,  
quoniam.

Folio 71. facie prima, linea 17. pro vti, lege nomi-  
nativi.

# IOANNES NOVIOMAGVS

Lectori S. P.



Iberti Poreiani scriptoris non merudit*n*i libell*is*  
cui titul*u* fecit *p*rof*o* *g* *o* *x* *w*, cum ante ann*u*s  
studiosis forte praelegiss*e*m quemadmod*u* e*n*  
Latin*u* fecit Hermolaus Barbarus, omissis co-  
metarijs illis quos processus habet*C* sic enim ua-  
lumen illud uocant in quo sunt Aristotelica hactenus in scho-  
lis praelecta, c*u* prolix*a* quad*a* comm*u*icatione, cuius disciplina  
et sermo ualde ab hoc seculo abhorrei*d*) que mibi inter praeleg*e*  
dum memoria suppeditabat auditores excipere passus sum,  
ea*q* i*p*sa forte ad me delata releg*i*, et ad incud*e* reuocans gra-  
tificaturus quibus fid*a*, qui hoc a me petebat*, libell*u* un*a* c*u* scho-*  
*l**j**s* qualib*u* sc*u*q*ue* huic dia*c*tic*e*, c*u* qua argum*e*to continebat  
adjic*e*re decreuer*a*; sed d*u* inter excludend*u* loca passim in Tra-  
pezunt*u* prolixius explicare*(m*anser*at* enim qu*ad* i*n* prior*u*  
ed*u*ri*e* a me n*o* satis animaduersa*)* creuerat libellus iustam a-  
gnitudine & Typographus comodius fore arbitratur*est*, ut se  
quid in Cyberto stud*o*sis gratificari uellem, scorsum exclud*e*  
suscitare*me* puer*(h*is enim exclud*u*t*ur*) et qui alterutro sol*u* o-  
pu*b*aber*et*, n*o* necessaria emptio*e* grauarent*, itaq*ue* audito eius*  
co*filio* acquieci*u*: que causa fui*d* id n*o* esse pr*æ*st*u*, quod in fr*o*  
tipico libri promissum est. Quod uero ad Trapezunt*u* ad*u*  
net, fateor pl*er*aq*ue* in priore illa castigatio*e* a me n*o* fuisse an*e*  
maduersa*, qu*æd*a* et*u* inc*o*nsideratio*e* et*u* effud*e*, e*q* uib*u* id  
un*f*uit quod vulgatio*r* fama de patria author*u*, nob*u* imposu*u*  
*u*, quod *&* alijs q*bus* fid*a* cotign*u*, ut Trithemio*:n*e & illud quod*u*  
de criminatione eius qu*ad* per conjecturas commentabar*: hor*u**  
nonnulla d*u* forte apud pr*æ*l*u* ex*emplar* recognosc*eb*a*, in ordine*  
red*egi*, alia post impressione priu*e* cognoui. Candid*u* igit*e* lecto  
re orati*u* uolo*, ut si qua in scholijs reperi*at* postliminio ad linea*u**  
re*u*ncata*, eo at*o* accipiat quo id a me fact*u* est, mibi quid*e* iuu*u*  
di fui*d* desiderium, quod inconsideratio*n* dissimulatione non  
sufficit*. Vale Colon*u* & Gymnasio nostro M. D. XXXVI.**

1572268


OCN 67968162

ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΟΝ ΕΣΤΙΝ ΙΑΤΡΟΙ

ΛΑΘΗΝ

ΑΛΞΗΣΤΡΩΠΟΙΑΦΩΣ

Οντος εστιν από την πατερική σημασία της στην ιερατική



ציר אַמְנוּם לִמְרָפָא

Cum priuilegio ad sexennium.